00079536

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
TOWN HALL, BOMBAY-400 023.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016

P. TERENTII AFRI
COMOEDIAE
IN DUOS TOMOS DISTRIBUTAE.

OF THE BOMBAY BRANCH OF THE

P. TERENTII AFRI
COMOEDIAE


EX RECENSIONE DANIELIS HEINSII
COLLATA AD ANTIQUISSIMOS MSS. CODICES
BIBLIOTHECAE VATICANAE
CUM VARIANTIBUS LECTIONIBUS
LARVIS ET PERSONIS DEPROMPTIS EX EISDEM CODICIBUS
ET ITALICA VERSIONE.

RECENSUIT, NOTASQUE ANTIQUAM ARTEM COMICAM,
ET NONNULLA ANTIQUITATUM ROMANARUM MONUMENTA
ILLUSTRANTES ADDIDIT

CAROLUS COCQUELINES

79536

TOMUS I.



Theatrum Pompeii

LIBRARY OF THE BOMBAY BRANCH OF THE ASIATIC SOCIETY

ROMAE MDCCLXVII

IMPENSIS NICOLAI ROISECHII BIBLIOPOLAE
ET TYPOGRAPHI IN FORO AGONALI.

00079536

LAURENTIO
TITULI SS. XII. APOSTOLORUM
S. R. E. PRAESBYTERO CARDINALI
GANGANELLIO

NICOLAUS ROISECHIUS
PERPETUAM FELICITATEM

Quod jamdudum in votis erat, aliquam poſſe me occaſionem nanciſci gratum Tibi, & obſequentem meum teſtandi animum, Cardinalis Amplissime, aſſequi tandem datum eſt, & vehementer gaudeo. Ea enim ſemper benignitate, iiſque me, familiamque meam proſequutus es beneficiis, quae recenſe-

cenſere ſi velim, deerit profecto verborum copia, nec tua proferri patietur modeſtia. Tui enim ſemper ſimilis obvia benignitate, & benemerendi ſtudio omnium Tibi animos & volunctates devincis; tua tamen recte facta in obſcuro poſita eſſe cupis. Sed quae in me contuliſti, manebunt fixo animo, nec ea ulla umquam delebit oblivio. Quum primum igitur novam Comoediarum Terentii editionem exornare decrevi, ne momento quidem temporis dubius fui, quin eam Tibi ſiſterem, tuumque in ſinum deponerem, diu quaeſitam dari ratus occaſionem; probaturoſque, certus ſcio, eos omnes, qui literarum ſtudia ſectantur. Probe enim norunt, quot & quantis fulgeas virtutum ornamentis, quantum in ſcientiis exercitatus ſis, quam impenſe, quam humaniter literatos homines excipias, & foveas; quo fit ut Nominis Tui mentionem ſine hac beneficentiſſimae indolis laude fieri numquam audiamus. Neque mirum. Romae vivis, & vixiſti multos jam annos: ea ſcilicet in Urbe, ſeu potius orbis theatro, ubi magna ingenia diu latere non poſſunt. Quî igitur tua hic latere virtus omnino potuit? Sed poſteaquam Benedictus XIV. incredibili Pontifex non modo ſapientia, atque eruditione, ſed acerrimo etiam praeditus judicio in ſummorum Virorum ingeniis perſcrutandis, Te conſultationibus ſupremi Magiſtratus, qui vindicandae ſanctae religionis integritati praeeſt, adſcitum voluit; tum vero clariſſime ſeſe oſtendit lumen animi, ingeniique Tui, ſacrarumque rerum doctrina, ut nullus eſſet honor tantus, qui in Te collatus non videretur ei, qui contuliſſet, magnam eſſe judicii laudem allaturus. Itaque a CLEMENTE XIII. Pontifice vere Optimo, & Maximo in ipſo fere apoſtolatus ſui limine Cardinalis factus es, & factus tanto bonorum plauſu, tantaque laeti-

laetitia, quantam in animis hominum recte ſentientium ſumma dignitas virtuti tributa potuit excitare. Quo toto tempore valde Tu quidem fuiſti, atque es etiam nunc diſtrictus a negociis, maximeque ab iis, quae ad reſtituendam religioni dignitatem, ſervandamque eccleſiaſticae diſciplinae integritatem pertinent; nulla tamen res Te potuit umquam a literarum ſtudio divellere: quae altera cauſſa fuit haſce curas meas Nomini Tuo nuncupandi. Neminem autem fore puto, qui ſentiat, munus Te minime dignum fuiſſe a me oblatum, Scriptorem ſcilicet ſcenicum, eumque aethnicum: nam ſiquis ita ſentiat; is profecto eccleſiaſticae hiſtoriae ignarum omnino ſe, nec ſatis aequum judicem oſtendet. Scimus enim Auguſtinum, & Hieronymum, eximia duo illa chriſtianae religionis lumina, Terentii Comoedias non ſemel legiſſe, ejuſque ſententiis crebro fuiſſe uſos, quae in eorum ſcriptis frequentiſſimae occurrunt. Pius quoque Papa IV. eas habuit in deliciis, & Gabrieli Faerno familiari ſuo auctor fuit labores, quos haſce in Fabulas inluſtrandas contulerat, maturandi, publicandique, auxilii genus omne illi pollicitus, id exequi facilius ut poſſet. Quare illas Faerni opera ſtudioque expolitas S. Carolus Borrhomaeus perhumaniter excepit, ſuoque inſcriptas nomini publici juris fieri voluit. Valde enim utiles ſunt & ad latinam linguam puriter addiſcendam, & ad vitam hominum ſuaviter excolendam. Nam, ut Petri Victorii integerrimi viri verbis utar, quin accurata lectione Terentii mores emendentur, & politiores integrioreſque reddantur, ſi quis conſilium illius, finemque attendat, corrigique ſe patiatur, dubitandum non eſt: ſunt enim fabulae ipſius (quantum ratio ejus poematis fert) honeſtae, ac graves, remotaeque ab omni turpitudine verborum factorumque. Eas itaque novis

curis

curis editurus, ut beneficium aliquod inde percipiat literaria reſpublica, illudque potiſſimum, quod diu multumque deſideravit, genuinum ſcilicet Terentii textum legendi; antiquiſſimos Vaticanos Mſs. Codices, alioſque aequalis antiquitatis, ſi qui ſunt, romanis in Bibliothecis deliteſcentes inſpici curavi, Variantes lectiones adnotari, & loca nonnulla, quae obſcuriora videbantur, illuſtrari: quae omnia alieno perfici labore oportebat. Mea quidem erat ſtudere, ut nova haec editio caeterarum, quotquot hactenus prodiere, accuratiſſima eſſet, ac nitidiſſima. Id ut aſſequerer, nullum non movi lapidem, ſumptum nullum eximium habui: meque aſſequutum fuiſſe credo, quod mihi propoſueram, ſive ea ſpectentur, quae ad typi elegantiam pertinent, ſive quae ad Tabularum venuſtatem, quarum ectypon ad fidem eorumdem Mſs. Codicum Bibliothecae Vaticanae expreſſum volui; nec quodcumque aliud ornamenti genus praetermiſi antiqua romanae magnificentiae exempla plerumque imitatus. Haec autem omnia ſi rem neque Amplitudine Tua, Princeps Eminentissime, neque iis officiis, quae in me contuliſti, dignam conſtituunt, illius tenuitatem ſpero, humanitatis tuae magnitudine ſublevabis. Quod quum mihi conceſſum iri nullus dubitem, ſacram veſtem obſequentiſſime deoſculor.

Dabam pridie Kalendas Decembris MDCCLXVII.

PRAE-

PRAEFATIO.

QUanti ſemper humaniorum literarum cultores, latinique ſermonis ſtudioſi P. Terentii Afri Comoedias fecerint, me tacente, teſtantur ſatis illarum repetitae, eaeque frequentiſſimae editiones. Joannes Weſterhovius, qui eas exquiſivit, & publici juris fecit Hagae Comitum anno MDCCXXVI. quinquaginta ſupra biſcentum enumerat, quae ſuam praeceſſere: haud facile tamen ipſi conceſſerim, ſingulas, quae ante illud tempus in lucem prodierant, ejus ad manus perveniſſe; quum nonnullas praeterierit, quae in meas inciderunt. Praeterea eruditiſſimi quique viri, qui omni aetate floruerunt, ſedulam in illis explicandis, ornandiſque operam collocarunt. Ne enim Aelium Donatum, Evantium, Eugraphium, alioſque non paucos ex antiquioribus recenſeam; verſantur adhuc in Rhetorum manibus Roberti Stephani, Anteſignani, Manutii, Mureti, Julii Caeſaris Scaligeri, Gambarellae, Faerni, Rivii, Lindenbrogii, Heinſii, Melanctonis, Daceriae, Camique terentianas in fabulas elucubrationes, aliorumque quamplurium commentarii, quos recenſere ſi vellem, Bibliothecae potius cathalogum conficere viderer.

Neque mirum tot eruditos Viros Terentium in deliciis habuiſſe: non enim *ex alio Scriptore*, inquit Deſiderius Eraſmus, *melius diſcitur romani ſermonis puritas, nec eſt alius lectu jucundior, aut puerorum ingeniis accommodatior*: & paucis interjectis addit: *Haec lectio non ſolum valebit ad exhilarandum animum, non tantum ad emendate loquendum, non modo ad uberiorem dicendi facultatem; verum etiam non parum adferet Philoſophiae Moralis, quam unam Socrates exiſtimavit eſſe addiſcendam homini, qui cupiat beate vivere*. De terentiani ſermonis candore, & elegantia, pudore quoque & gravitate nemo eſt, qui ambigat, praeſertim quum ipſe Cicero tam eo ſit delectatus, ut non pauca ex terentianis fabulis ſumſerit, tranſtuleritque in ſua ſcripta non minus libenter quam etiam ambitioſe, ut mihi quidem videtur. Sunt tamen, qui cum Eraſmo non ſentiant quoad morum inſtitutionem. Mihi vero maxime probantur, quae hac de re praedicat Petrus Victorius in Epiſtola, qua ſuum Terentium S. Carolo Borromaeo nuncupavit: *Puto*, inquit, *Terentium valde utilem eſſe ad vitam hominum ſuaviter excolendam: Nam quin accurata ejus lectione mores emendentur, & politiores integrioreſque reddantur, ſiquis conſilium illius, finemque attendat, corrigique ſe patiatur, dubitandum non eſt*.

Atque equidem *Comoedia*, inquit Cicero apud Donatum in Vita Terentii, *eſt imitatio vitae*, *ſpeculum conſuetudinis*, *imago veritatis*: Suapte enim natura ad Philoſophiam pertinet, & ſi omnis ab ea repellatur turpitudo, (quam omnibus in rebus vitandam eſſe ipſa Philoſophia docet,) vitiaque prudenti quadam temperatione in ſcenam afferantur, quod praeſtitum a Terentio eſſe, aequus quiſque judex pronunciaverit; illud profecto obtinebitur, ut dum putat populus ludicram rem geri, voluptatemque ex riſu capere, amore virtutum, odio vitiorum imbuatur, & ad ea ſequenda, vel fugienda, quae his affinia ſunt, ſuaviter ac blande traducatur. Quam ipſam rem quum Comoedia nova propoſuiſſet, aliorum induſtria non parum profecit; ſolius tamen Terentii ingenio ad faſtigium aſcendit. Quare liceat cum laudato Victorio concludere, *bene omnem operam poni*, *quae in ipſo illuſtrando celebrandoque collocatur*.

Optimo itaque jure laudantur eruditiſſimi Viri, quos recenſuimus: ſed ex illorum meditatis quidem laboribus maximum illud, quod literaria reſpublica diu multumque praeſtolata eſt beneficium genuinum Terentii textum perlegendi, minime percepiſſe videtur: namque eruditiſſimis illi, magnoque labore partis commentariis, quae ardua, atque obſcuriora eſſe loca crediderunt, explicare, vel comici metri rationem inire, ac reddere ſategerunt (qua profecto in re ceteris praecelluere Eraſmus, Goveanus, Julius Caeſar Scaliger, Rivius, & Faernus); Terentium vero ſuae integritati minime reſtituerunt: quod nonniſi adhibitis antiquis Codicibus, atque inter ſe collatis obtineri poſſe nemo ullus ignorat. Hoc de Homero praedicaſſe Timonem, teſtis eſt Diogenes Laertius. Etenim quum ab Arato Achaeorum duce interrogaretur, quo pacto quis tuto ac ſine mendis Homeri opera adipiſci poſſet, ac poſſidere, *Si quis*, reſpondit, *vetera exemplaria nactus fuerit*, *non ea*, *quae nuper emendata ſunt*.

Hoc quum animadverterit Weſterhovius, editionem ſuam paraturus, biſſenos MSS. Codices inſpexit; ſed adverſo ejus fato recentes admodum eos eſſe, chronologicae aliaeque notae ſatis indicant, nec ſeculo XIII. antiquiores. Multo praeſtantiores eſſe videntur, quos in Regia Pariſienſi Bibliotheca a ſe perluſtratos aſſerit Anna Daceria: decem ſiquidem ſeculorum aetatem praeſeferre ait. Sed quum eos inſpexerit conſummata jam gallica verſione, quam publici juris fecit an. MDCXCIX., ſatis ſibi eſſe putavit, nos admonere, gaviſam vehementer ſe fuiſſe, quum advertit, caſtigationes, quas ipſa jam fecerat, ab iiſdem Codicibus confirmari: En ejus verba: *Ma traduction étant achevée d'imprimer*, *& Monſieur Thevenot m'ayant dit*, *que les Manuſcrits*, *dont il m'avoit parlé*, regiae ſcilicet Bibliothecae, quos inter duos apprime laudat, *meritoient d'être vûs à cauſe des figures*, *qui y ſont*; *la curioſité m'à portée enfin a les voir avant que de donner ma Preface. Ils m'ont été commu-*

niquez

niquez depuis quelques jours, & j'y ay trouvé des choſes, dont je ſuis charmée, & qui prouvent admirablement les changemens les plus conſiderables, que j'ay faits au texte pour la diviſion des Actes, qui eſt ce, qu'il y a de plus important. Quae autem ſint peculiares illae caſtigationes, quas cum Codicibus convenire deprehendit Daceria, praeter eas, quae Actuum diviſionem alicubi faciendam docent, ignoramus adhuc: ſed parvi mea quidem ſententia refert, quo potiſſimum loco Actus ſint dividendi: hujuſmodi enim diviſio quo tandem loco fiat, Terentii textum minime reſtituit.

Vides itaque, Lector benevole, parum utilitatis ex hujuſmodi Codicibus literariam rempublicam ſuſcepiſſe, ac fortaſſe obſcuriores ambages nodoſque inductos, itaut Weſterhovius exclamaverit: *Qui e tam grandi vetuſtiſſimorum Codicum* (hujuſmodi enim eſſe putavit, quos ipſe inviſerat,) *tamque varia confuſorum verſuum varietate verum & genuinum aliquando Terentium nobis daturus eſt, nae is magnus Apollo fuerit*. Haec me legentem, atque conſiderantem ita deterruere, ut ab inceptis abſtinere decreverim. Sed quum rei domeſticae conſulendum foret, propellendaque fames (improbo enim triginta quinque annorum labore, pluribuſque editis voluminibus pauxillum panis atri comparare mihi nullo modo potui,) maturandum fuit hoc opus, & aliqua ineunda via, qua utilius redderetur. Quare romanas fere omnes Bibliothecas inviſi, & terentianos MSS. Codices, ſi qui erant, diligentiſſime perluſtravi: ex quamplurimis autem duos potiſſimum ſelegi Vaticanae Bibliothecae omnium, quotquot ſuperſunt, antiquiſſimos, ac nitidiſſimos a Mabillonio, Montfauconio, omnibuſque eruditis viris maximopere commendatos. Montfauconius in Muſaeo Italico pag. 278. poſtquam verba fecit de antiquiſſimo Codice Virgiliano, qui in eadem Bibliotheca adſervatur, haec ſubdit: *Codex Terentii unciali charactere Virgiliano non multum aetate inferior*. De Virgiliani Codicis praeſtantia noſtra minime eſt quidquam diſſerere, quum ſatis jam, atque abunde provinciam hanc eruditi viri adminiſtraverint; quos inter convenit, V. vel VI. ſeculo fuiſſe exaratum. Hinc itaque Terentiani noſtri Codicis antiquitatem, ac praeſtantiam coniici facile poſſe arbitror. Signatur num. 3226. habetque chartas membranaceas CXIII., & ipſa characteris forma, cujus ſpecimen mox ſubjiciemus, Montfauconii ſententiam confirmat.

Fuiſſe olim Bernardi Bembi, & eum quem laudant Petrus Bernardi Filius, Angelus Politianus, Petrus Victorius, aliique quamplurimi, ipſe teſtatur Bernardus, qui ſecunda in charta haec proprio ſcripſit charactere majuſculis, quas vocant, literis:

EST MEI BERNARDI BEMBI
QVI POST EIVS OBITVM MANEAT
IN SVOS.
ANTIQVISS. ANTIQVITATIS RELIQVIAE.


Sequenti autem charta, iiſdemque literis Angeli Politiani certe manu exaratis, legitur:

O FOELIX NIMIVM PRIOR AETAS.
EGO ANGELVS POLITIANVS HOMO VETVSTATIS MINIME INCVRIOSVS NVLLVM AEQVE ME VIDISSE AD HANC DIEM CODICEM ANTIQVVM FATEOR.

Sed ut facilius percipiantur, quae dicturi de hoc Codice ſumus, characteris ſpecimen excudendum curavi, quod ſubiicio.

T. I. pag. IV

Specimen characteriſ Codiciſ Bibliothecae Vaticanae N. 3226.
Ex Hecyra Act. I. Sc. I.



Praeſtat modo Petri Criniti, ac Bembi Bernardi Filii judicium de eodem Codice referre. *Ad Politianum redeo*, inquit Crinitus in Epiſtola Alexandro Sartio data, & inter Politiani Epiſtolas lib. XII. *Is apud Terentium obſervavit argumenta illa, quae Senariis conſtant, ac initio Fabularum apponuntur, haudquaquam eſſe Poetae Terentii, ut multis fuit perſuaſum, ſed Apollinaris Sulpitii: quod eſſe verum, neutiquam putamus addubitandum, modo antiquitati fidem non derogemus*. Et paucis interjectis: *In vetuſtiſſimo itaque Terentii Codice literis, ut noſtrae Pandectae, majuſculis ad hunc modum ſuper terentianis argumentis C. SULPICII APOLLINARIS PERIOCHA; cujus rei teſtis mihi eſt Petrus Bembus mira juvenis & indole & ingenio*. Bembus autem in Dialogo de Virgilii Culice, & Terentii Fabulis Pomponium, & Hermolaum inducens conloquentes, Hermolaique partes agens haec praedicat: Pomp. *Te librum habuiſſe terentianum pervetuſtum majoribus ſcriptum literis iis, quas vere antiquas dicimus, ſaepe audivi*. Herm. *Eſt iſtud quidem verum, quod dicis; nam & habui eum librum, & legi, & notavi multa.... Geram tibi morem, referamque non plane omnia,*

quae

quae antiquo in libro probe ſcripta animadverti eſſe, ſunt enim prope innumerabilia; ſed ea, quae meminero. Itaque attende, num hoc aliquid ſit, quod mihi primum in mentem venit. Nam quae leguntur argumenta Fabularum in terentianis libris, ea Terentii non ſunt. Pomp. *Tune hoc dicis, Hermolae, Terentium poetam argumenta illa non ſcripſiſſe?* Herm. *Idipſum.* Pomp. *Cujus autem ſunt? nam te puto id ſcire, qui ſcias Terentii non eſſe.* Herm. *Sunt illa quidem C. SULPITII APOLLINARIS, ejus quem ſaepe citat Gellius, docti & eruditi viri, quique Pertinacem Imperatorem latinas literas docuit. Nam in eo vetuſto libro, quem dixi, is eſt eorum argumentorum titulus, C. SULPITII APOLLINARIS PERIOCHA, unus idemque omnium.* Pomp. *O praeclarum librum, ſiquidem ejus edicto Sulpitius tanto poſt tempore in poſſeſſionem ſuorum carminum reſtituitur. Sed iſta Sulpitii ſive argumenta, ſive periochae, ut eſt in libro illo, Hermolae, ab iis, quae vulgo habentur, ecquid diſcrepant? ut ſi ea nobis recenſueris, aliquid lucri uterque noſtrum faciat.* Herm. *Diſcrepant ſane illa, ſed quantum, jam de Politiano intelliges. Is enim ſibi ea deſcripſit modo, cum & librum oſtendiſſem.... Sed mirum eſt, quam aliter multa ſcripta eo in libro ſint, ac ſunt in aliis, ut appareat, ſingulas omnino paginas etiam num probam illam antiquitatem redolere.* Loca praeterea non pauca refert, quae peculiari animadverſione digna, nec immerito exiſtimat: quae nos ad Codicem Vaticanum quum diligentiſſime contulerimus, verbo tenus convenire deprehendimus. Actus minime dividuntur, aut indicantur, quod in antiquis Codicibus omnibus obſervavi; nec conjicere poſſum, quî facta a Daceria diviſio Pariſienſibus Codicibus confirmari poſſit, ſi ejus ſunt antiquitatis, quam ipſa putat, octo ſcilicet, aut etiam novem ſeculorum: Actuum ſiquidem diſtributionem non ita pridem vel a librariis, vel ab iis, qui primum terentianas plautinaſque fabulas typis mandarunt, pro cujuſque libito factam credo, auctoremque Muretum habeo; atque inde profectam diviſionum varietatem, aliaſque non parvi momenti difficultates, quae doctos in primis viros defatigarunt, diverſaſque, & oppoſitas in ſententias diſtraxere. Praeterea in prima cujuſque Fabulae charta leguntur Perſonarum nomina; quae tamen in Scenis non primis earumdem vocum ſyllabis, quod recentioribus in Codicibus uſuvenire animadverti, ſed graecis quibuſdam notantur literis, quum ſtatim in fronte ſingularum ſcenarum declaratum ſit, quibus literis Perſonae, quae inducuntur, ſignificentur. Diſtincta quidem ſunt carmina, ſed cum quamplurimis non conveniunt editionibus, neque cum recentioribus Codicibus, quod nonnullis in locis indicavi: ſpero enim me aliquando integrum, ac genuinum Codicis hujus textum publici juris facturum, niſi ea defuerint auxilia, quae ad id ſunt maxime neceſſaria. Deſideratur Andria, cujus vix duae, vel tres ſuperſunt chartae cum nonnullis fragmentis: nec ſine magna difficultate legi poſſunt (ſi cui tamen eas legendi facultas fuerit,) corroſo maxima ex parte

te atramento, de quo quidem defectu laudatus queritur Bembus: Pomp. *Quoniam Eunuchum, ut video jam explicaſti, ex Andria, ſi quid habes, affer, habere te autem aeque multa puto.* Herm. *Habeo, & afferam, ſed non multa; nam ex illo libro maxima ejus fabulae pars deſideratur, fugientibus vetuſtate literis, ut cognoſci nequeant.* Unde etiam, Codicem hunc ex Bembi haeredibus, apud quos eum Bernardus manere ſtatuerat, Vaticanam in Bibliothecam eſſe translatum, validiſſime confirmatur.

Sed gradum jam facio ad alterum ejuſdem Bibliothecae Codicem obſignatum num. 3868. quem etiam loco citato laudat Montfauconius his verbis: *Eſt ibidem Terentii Codex alter IX. ſeculo exaratus a quodam Hrodgario, ut ibidem legitur.* Codex membranaceus in fol. nitido charactere ſcriptus, cujus ſpecimen exhibeo:

T. I. p. VI

Specimen characteris Codicis Bibliothecae Vaticanae N.º 3868.

Ex Eunucho Act III: Sc. II.

THA audire uocem uiſa ſum modo militiſ· atq: eccum· ſal ue mi thraſo; THR o thais mea meum
ſuauium, quid agitur? ecquid nos amaſ de fidicina iſtac? PAR quam uenuſte quod dedit
principium aduenienſ THA plurimum merito tuo· GNA eamuſ ergo ad cenam, quid ſtas
PAR Hem alterum· ex homine hunc natum dicaſ, THA ubi uiſ num moror? PAR adibo atque
adſimulabo· quaſi nunc exeam, ituran thais quo piam eſt? THA hem parmeno, bene po
feciſti hodie ituras PAR quo? THA quid hunc non uideſ· PAR uideo & me taedet ubi uiſ
dona adſunt tibi a phaedria; THR quid ſtamuſ· cur non imuſ hinc· PAR quaeſo her

Carmina in eo minime diſcriminari, perſpicuum eſt, ſed ita poſita, atque conjuncta, quaſi ſoluta, pedeſtrique oratione videantur Actores ſermocinari. Gloſſa quaedam legitur interlinearis, quae nullo mihi uſui fuit, quum hanc editionem commentariis minime onerare voluerim. Viſitur in prima charta Terentii Imago, quam affabre delineatam ejus Vitae praepoſuimus, ac vehementer gaviſi ſumus, ſimillimam eſſe Statuae marmoreae, quae adſervatur in Muſaeo Juſtinianorum, & de qua nonnulla delibavimus in Notis Tomi I. pag. 91. Terentii ſiquidem eam eſſe ipſa coloris ſpecies, barba, crines, volumen, quod dextera manu tenet, Larva demum, quam ſiniſtra, ſatis indicant. Sunt praeterea hoc in Codice Larvae, Perſonaeque omnes, quas hiſce voluminibus exhibemus: de quibus tamen audiendus videtur Franciſcus Ficoronius in Diſſertatione de Larvis Scenicis: *Larvae, comicaeque Perſonae,* inquit, *cum mihi viderentur, & multum curioſitatis, & multum pretii in ſe habere ... praeſertim,*

ſertim, quod lumen afferant antiquis Scriptoribus ad fabulas ſeu comicas, ſeu tragicas enarrandas, coepi jamdiu has larvas colligere... Statui quinquaginta Larvas, Perſonaſque theatrales ſimul cum illis, quae in Terentiano Codice perantiquo Bibliothecae Vaticanae depictae extant, in lucem edere. Annuente igitur Clemente XI. P. M. ad Bibliothecam acceſſi cum artifice delineandi perito: ſed praeter ſpem inveni, Larvas Perſonaſque Comicas hujus terentiani Codicis ipſiſſimas eſſe cum quinquaginta illis prototypis, quos penes me habebam. Quapropter hoc rejecto conſilio illas non amplius delineare curavi, ſed quantum potui, ſategi alias, & alias differentes Larvas, Perſonaſque comicas mihi comparare. Duo ex Ficoronii verbis licet eruere; primum Larvas hujus Vaticani Codicis minime fuiſſe ab eo delineatas, quod nonnulli perperam exiſtimarunt; alterum vero eas omnimodam praeſeferre antiquitatem, quippe quae ſimillimae ſunt antiquioribus prototypis, quos in toreumatis, vel in gemmis expreſſos ſumma ille diligentia conquiſivit, & quorum nonnullos inſpexi in Muſaeo Cl. V. Simonis Ballerini Barberinae Bibliothecae Praefecti. His autem addendum eſt, Codicis ejuſdem Larvis, Perſoniſque tam apte Comoedorum geſtus, ipſoſque animi motus exprimi, ut primo intuitu conjicere liceat, quid unuſquiſque dicturus ſit, quas partes acturus; praeterea mirum in modum cum duobus Pariſienſibus Codicibus conveniunt, quos laudat Daceria ſua in Praefatione: *Entre ces Manuſcrits*, inquit, *il y en a deux, qui bien que fort enciens, (car le plus moderne paroit avoir plus de huit, ou neuf cens ans) ne ſont pas ſi precieux par leur antiquité, que par les marques, qu'ils portent, qui ſont connoître, qu'ils ont été faits ſur des Manuſcrits fort enciens, & d'une tres bonne main. Les figures, qui ſont au commencement de chaque Scene, ne ſont pas fort delicatement deſſinées; mais leur geſte, & leur attitude répondent parfaitement aux paſſions, & aux mouvemens, que le Poete a voulù donner à ſes perſonnages; & je ne doute pas, que du tems de Terence les Comediens ne fiſſent les même geſtes, qui ſont repreſentéz par ces figures. Il n'y avoit point d'Acteur, qui n'eût un maſque: c'eſt pourquoy à la teſte de chaque Comedie il y a une planche, où l'on voit autant des Maſques, qu'il y à d'Acteurs: mais ces maſques n'étoient pas faits comme les noſtres, qui couvrent ſoulement le viſage, c'eſt une tête entiere, qui enfermoit toute la tête de l'Acteur.*


Porro quae de pariſienſibus Codicibus praedicat Daceria, tam bene, tam apte Vaticano, de quo verba facimus, conveniunt, ut is potiſſimum ab ea deſcribi videatur. Hujuſmodi fuiſſe Larvas apud veteres oſtendimus Tom. I. pag. 91., & Tom. II. pag. 11. Adde, Actores ſingulos ſuam, ac propriam habuiſſe Larvam atque veſtitum; & habitudine Larvae, veſtiſque colore ac forma, ſtatim ac prodirent in Scenam, intelligi facile potuiſſe, eſſe illos aut adoleſcentem amori deditum, aut militem, aut paraſitum, aut meretricem, aut lenam, aut matronam, aut aliam demum

demum quamlibet. Ruſtici quoque homines, queis tamen terentianis in ſabulis locum datum minime lego, ſi quando inducerentur, Perſonam eam gerebant, quae illi rei, aut arti congrueret; atque hoc ſervabatur diligenter: adjuvabat enim non mediocriter exitum fabulae, ut ait Victorius Var. Lect. XXVI. 23. efficiebatque, ut ſpectatores melius omnia perciperent, nec in Perſonis diſtinguendis confunderentur. Ex his igitur duobus Vaticanis Codicibus variantes Lectiones deprompſi, quas tam operoſa ſedulitate, ac diligentia notavi, ut fortaſſe minuta nimium, & puſilla conſectatus videar: ſiquid puſillum eſſe poteſt, in quo videamus, Poetam tanti nominis etiam diligentiam adhibuiſſe, ut illo modo potius, quam alio conſcriberet. Praeterea variantibus hiſce lectionibus facile Codicum ipſorum praeſtantiam, atque aetatem prudenti aliqua conjectura dijudicari poſſe reor; nodos quoque diſſolvi, qui in editis terentianis fabulis offenduntur, inducti mea quidem ſententia librariorum oſcitantia, vel etiam nimia quadam interpretum nonnullorum libertate; aditumque praeberi tutam aliquam ineundi viam, qua metri ratio teneatur: qua de re graviſſimi Scriptores ad nauſeam uſque diſceptarunt.

Sed quum in primo Codice Andria fere tota deſideretur, ut ſupra diximus, in altero vero ejuſdem Fabulae pars, quod innuimus Tom. I. pag. 71., alio fuit confugiendum, aliique caeterarum Bibliothecarum inviſendi praeſtantiores Codices, ne Lector variantium Lectionum beneficio deſtitueretur. Quare forte fortuna incidi in elegantiſſimum Codicem membranaceum, qui adſervatur in Archivo Capituli Baſilicae Vaticanae, ejuſque characterum ſpecimen praebeo.

T. I. pag. VIII.

Specimen characteris Codicis in Archivo Capitulari Baſilicae Vaticanae Ex Heautontimorumenos Act. II. Sc. I.


CLIN Si mihi ſecundae reſ de amore meo eent· iamdudum ſcio
ueniſſent· ſed uereor ne mulier me abſente hic corrupta ſit
Concurrunt multae opiniones· quae mihi animu exauge
ant· occaſio· locuſ· aetaſ· mat· cuiuſ ſub imperio eſt mala
cui nihil ia praeter prium dulce· e CLIT Clinia· CLIN hei
miſero m CLIT Etiā caueſ· ne uideat forte hic te a patre
aliquiſ exienſ· CLIN faciā· ſed neſcio quid pfecto m animuſ
praeſagit mali CLIT Pergin iſtuc priuſ diiudicare· quam
ſciaſ quid uerū ſiet· CLIN Si nihil mali eet· iam hic adeſſet
CLIT Iam aderit CLIN Quando iſtuc erit· CLIT Non cogitaſ

Fuit Jordani Cardinalis Urſini ejuſdem Baſilicae Archipraesbyteri, qui mortem obiit anno MCCCCXXXIX. Larvaſque, & Perſonas exhibuiſſe docent non ſolum

loca

loca vacua ſingularum initio Scenarum, ſed viſibilis litura; &, ni fallor, antiquior eo eſt, quem mox laudavimus. Praeſtat tamen Lucae Holſtenii de hoc Codice referre judicium, quod legitur in Indice librorum MSS., qui eodem adſervantur in Archivo, & quidem fol. 104. num. 7., atque hujuſmodi eſt: *Liber corio rubro coopertus in pergameno folio minori MS. antiquiſſimo charactere, continens Terentii Comoedias. In principio Prologorum explicationes praeter quam Andriae: Deinde ſequuntur Comoediae cum commentario Cographii in Andriam imperfecto, cum brevibus notis in ſingulis Comoediis. In principio Libri habet Hiſtriones perſonatos picturae antiquiſſimae, & continet fol.* 125. In margine autem ipſe Holſtenius ſuo charactere ſcripſit *Antiquiſſimus Liber*. Qua quidem de re judicium eſto penes eruditos viros.

Ex aliis Bibliothecis nullibi praeſtantiores vidi, quam Barberinos, quorum laudatus Ballerinius, qui me ſemper omni officii genere pro ſui benignitate proſequutus eſt, copiam humaniſſime fecit: & ex his quinque ſelegi, in quibus animadverti, eundem eſſe Comoediarum ordinem, ac in ſecundo Vaticano; in quo Heautontimorumenos excipit Adelphoe, ſequitur autem Hecyra, & ultimo loco legitur Phormio: nam in illo, qui fuit Bernardi Bembi, quarto loco legitur Phormio, deinde Hecyra, ac demum Adelphoe. Novi maximam inter Auctores de Terentianarum Fabularum ordine contentionem eſſe, quam dirimi in tanta Codicum varietate haud facile poſſe puto, praeſertim quum non levis conjectura ſit, eandem Fabulam pluries fuiſſe relatam, atque inde profectas diverſas ſingulis in Codicibus epigraphes. Sed quum vulgatam a Daniele Heinſio editionem anno 1631. elzivirianis typis ſelegerim, cui variantes Lectiones ſubjicerem, ea praeſertim de cauſſa, quod nulli melius Tabulae Vaticani Codicis conveniant, ordo ab eodem Heinſio traditus tenendus fuit.

Primus itaque ex Barberinis Codicibus obſignatus num. 1445. membranaceus conſtat paginis 209., & in calce legitur: *Explicit Phormio ſexta, & ultima Comoedia Terentii Afri: Qui liber Terentius ſcriptus eſt Januae in Ducali Palatio per me* *de Novaria tunc Ducalem Aulicum, & c... commenſalem: completus autem fuit die XXVII. Maii MCCCCXI.* Nitidus profecto Codex perbelleque ſcriptus. Pagina prima literaque, quam initialem vocant, Prologi Andriae affabre pictus viſitur Reipublicae Genuenſis Dux cathedrae inſidens, & purpureo caput redimitus pileo, ſeu bireto coloris ejuſdem in ſummitate: pars enim, quae frontem tegit, villoſum albi coloris pannum refert, fortaſſe ſericum, ſeu mavis muſtellae albae pellem: cujus quidem generis redimiculo ea aetate illius Reipublicae Duces uti ſolebant. Tres Codices notati num. 1446. 2162. & 2163. antiquiores eſſe videntur, ſcriptique ſeculo XIII. Quintus Codex num. 2505. membranaceus fuit Augerii Busbequii, putoque ſcriptum ſeculo XIV.: adeſt gloſſa interlinearis, notaeque nonnullae in margine, quas tamen poſteriori aevo ſcriptas ipſi oſtendunt characteres.

 Colla-

Collato igitur ad hoſce Codices, ac praeſertim ad duos illos Vaticanae Bibliothecae, quos fuſiori calamo deſcripſimus, heinſiano textu, variantes utriuſque lectiones diligentiſſime notavimus, & ubi quid in his deſideratur, ex Barberinis, alteroque Capituli Baſilicae Vaticanae ſupplevimus. Praeter enim emolumenta, quae ex hujuſmodi variantibus Lectionibus percipi poſſe ſuperius demonſtravimus, nemo ullus inficiabitur, loca quamplurima caſtigari, repurgari quoque ab omnibus mendis vitiiſque, textum ipſum faciliorem captu reddi, auctorem demum quemque priſtino nitori ſuaeque integritati reſtitui: quod facile Terentius noſter conſequetur, ſi quis heinſianum textum variantibus, quas poſuimus, lectionibus ſataget emendare, & genuinae lectioni reſtituere.

Variantibus lectionibus ſubponere placuit italicam verſionem eruditis alias probatam viris, & juxta exemplum ipſa auctoris manu reſtitutum pluribus in locis emendatam. Fateor, italum Poetam ſatis jam notum, ac celebrem nonnihil licentiae ſibi arrogaſſe juxta illud Horatii effatum, *Pictoribus atque Poetis*

Quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas.

Id tamen ſibi licere fortaſſe putavit, ut metri leges ſervaret: nam melius poſſe Terentii ſenſum, ipſamque teneri phraſim reor ſolutis in verſionibus. Queſta quidem olim eſt Daceria, nullam ſe vidiſſe adhuc italicam comici Poetae hujus verſionem omnibus numeris abſolutam, licet italica lingua latinae ita ſit affinis, ut verbum verbo, quod ipſa credit, reddi poſſit. Quamvis gentem meam vehementer amo, hanc tamen cauſſam nolo patrocinari: ſed Daceriam e cathedra pronunciantem haud libenter audio. Profecto ſi quam lucubrationem latine ſcriptam, & praeſertim terentianas fabulas modo ab ea praefinito quis verteret, nullimodo ſibi conſtaret oratio, vel ſaltem leporem omnem amitteret, elegantiam atque venuſtatem. At in his non videtur diutius immorandum.

Innui ſuperius, Larvas Comicorum, qui unaquaque agunt in fabula, & Perſonas, quae in ſingularum fronte Scenarum viſuntur affabre quidem delineatae, ex altero Vaticano Codice fuiſſe depromptas. Sed praeter hoc ornamenti genus, Tabulas alias, eaſque frequentiſſimas in Scenarum calce poſitas, ac typi elegantiam, nitoremque, ipſis quoque initialibus Prologorum, Fabularumque literis (quandoquidem noſter Bibliopola nulli parcendum ſibi ſumptui eſſe putavit), exhiberi volui antiqua nonnulla monumenta, quae comicae arti, poeticaeque affinia quum ſint, huic Operi maxime conveniunt, illaque pro ingenii mei imbecillitate explicare curavi.

In Puero in lapide Sardio anulari, qui in Muſaeo Cl. Ballerinii adſervatur, & Tom. I. pag. 7. exhibetur, Scabillarium referri dixi; nec dictum omni ex parte improbo: habet enim Scabillarii imaginem quandam. Tibias pares inverſas decuſſatim ſiniſtra tenet, & extremitati alterius dextram admovet. Quod ex humero ejus ſiniſtro pendet,

pendet, inſtrumentum fortaſſe eſt muſicum utriculare caprina pelle, ut ab unguibus dignoſcitur, concinnatum, ſed flatu vacuum; vel caprina pellis proemii indicium, quod Tibicinibus offerebatur (caper autem eſſe ſolebat,) ut libentius jucundo vocis flexu ad dulcedinum commentationes populum allicerent. Labiis περίςόμιον, vel bucculam Tibiae retinet, ſeu potius calamum ad os Tibiae apponendum, aut ſi mavis, aliud aliquod parvum ſonorum inſtrumentum, quo ſonitum ſcabilli aenei, ſi tamen ſcabillum eſt, modulate intermiſceat. Si ſcabillum eſt, inquam: haud enim memini, vidiſſe me aeneum ſcabillum, nec facile captu eſt, quî pedis preſſione ſonum reddere poſſet. Quod premit Faunus in Theſauro Mediceo, quod Scabillarius in Muſaeo Romano Familiae Juſtinianae, aliique a Ficoronio relati, follis inſtar eſſe, ipſe docet intuitus. Quare Utrem in gemma balleriniana exhiberi opinor, in quem oleo perfuſum ruſtici bene poti, faecibuſque obliti ſacris Libero patri diebus inſiliebant incondita canentes carmina, ſeſeque ab ortu in occaſum, ab occaſu in ortum ultro citroque in chori formam moventes, juxta illud Virgilii Georg. II. v. 383.:

Inter pocula circum
Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.

Hujuſmodi ferme ſunt reliquae Notae, in quibus de Actuum, Scenarumque congrua diviſione facienda, de Larvarum, Perſonarumque origine, atque uſu, comicorum Veſtibus, Tibiarum forma, ac diverſitate, Theatrique partibus egimus; non temere rati, ſi quis haec praenoverit, facilius poſſe Terentii ſenſum conſequi, locoſque nonnullos, qui obſcuri videntur, interpretari. Neque enim grammaticalibus commentariis hanc editionem oneratam volui, quod millies jam factum novi: Donatumque ſi excipias, paucoſque alios, reliqui interpretes fere omnes vel puerilia tractant, minutas correctiunculas ad faſtidium uſque ingerentes, aut vanas obtrudunt conjecturas, aut operoſis criticorum nugis Terentio tenebras offundunt, vel etiam ejus detorquent ſenſum, dum nimis conantur illuſtrare. Sed quum nonnulla breviter nimis, ac ſummis fere labiis delibaverim, ne lectorem diutius in notarum lectione immorantem a terentiani textus conſideratione removerem; aliqua praeterea ne attigerim quidem; utraque videntur fuſius hic pertractanda. Fateor novi nihil afferri a me in medium poſſe, ac caſtigatius, quam Scaliger, Bulengerus, aliique nonnulli doctiſſimi viri diſſeruere. Quare alieno uti labore malo, quam indigeſtum quid, aut male compactum de meo proferre. Primo itaque Evanthii grammatici doctiſſimi, qui Donato aequalis fuit, Diſſertatiunculam de Tragoedia, & Comoedia referre ſtatui, maxime terentianis fabulis accommodatam, & quae in accuratis magis editionibus legi ſolet, eamque ad Praefationis hujuſce calcem amandavi.

His autem, quae Evanthius erudite quidem refert, nonnihil de Ludiis addendum reor. Memini me affirmaſſe in notis, nec ſemper Actores cantaſſe, nec Tibi-

cines

cines eſſe modulatos. Quod enim in Tragoedia praeſtabat Chorus, atque in veteri Comoedia, hoc idem in nova à Ludiis, qui etiam ludiones appellari ſolent, praeſtitum exiſtimo. In nova ſiquidem Comoedia nullum Choro fuiſſe locum contendunt laudatus Scaliger, Bulengerus, Gyraldus, Mariſcottus, aliique: Ludios vero ſcenicas in actiones inductos probant illa Ciceronis de Aruſpicum reſponſis, uſurpata ab Arnobio lib. IV.: *Si Ludius conſtitit, & Tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus matrimus ſi thenſam non tenuit, aut lorum amiſit ... Ludi ſunt non rite facti*. Ludios hujuſmodi in Theatrum inducendi cauſſa fuit frequens populi abitio poſt unum, aut alterum Actum: perpetuam enim actionem, cantilenamque faſtidiebat. Ludii erant pueri puberes elegantibus tunicis induti, galea inſuper, & enſe, & parma armati, ordine incedere ſoliti, velut pompae duces, Saliiſque ſimillimi, de quibus Plaut. Curc. I. 2. 60.:

Peſſuli, heus peſſuli, vos ſaluto lubens,
Fite cauſſa mea Ludii barbari;
Subſilite, obſecro.

Ovidius autem de Arte amandi lib. I. v. 3. ita eorum ſaltationes deſcribit:

Dumque rudem praebente modum Tibicine tuſco
Ludius aequatam ter pede pulſat humum.

Neque mireris, elegantibus fuiſſe eos indutos tunicis. Fuit enim omni aetate effuſa principum virorum in muſicos, hiſtrioneſque largitas. Tam pretioſis eos veſtibus donaverat Heliogabalus, ut tollendas decreverit Alexander Severus. Refert in Carino Vopiſcus, datum fuiſſe & gymnicis, & hiſtrionibus, & muſicis aurum, argentum, donatam & veſtem ſericam. Julius Meſſala patrimonium ſuum haeredibus abnegatum Scenicis dedit: matris quidem Tunicam Mimae, Lacernam patris Mimo, aviaeque auratum pallium, & purpureum Tragoedo, Choraulaeque pallium alterum tyrianthinum, cui ipſius Meſſalae, uxoriſque nomen inſcriptum erat. *Jam quid lineas petitas Aegypto loquar?* addit Bulengerus. *Quid Tyro, & Sidone tenuitate perlucidas, micantes purpura, plumandi difficultate pernobiles? Donati ſunt ab Atrebaticis birri petiti, donati birri canuſini, africanae opes*. Quinimmo corruptis ſeculis hoc hominum, ſeu potius quiſquiliarum genus, quod publicis gentium fere omnium legibus infame reputatur, tanto eſt in honore habitum, ut equites, ſenatores, & adeo foeminae genere nobiliſſimae eos inter adprime familiares, atque etiam in deliciis habuerint. Neronem vero Imperatorem inter Scenicos ſpectaculis operam dediſſe, quis crederet, Praetore quodam H S. decies offerente, id niſi Svetonius teſtaretur Cap. XXI.? De Batyllo, & Pylade Pantomimis celebris hiſtoria eſt, populum romanum duas in factiones, & inimicitias fuiſſe diviſum, ortaſque Maecenatem inter, & Auguſtum ſimultates. Bathyllus fuit Maecenatis primum, mox Auguſti Libertus;

bertus; huic autem, ejuſque uxori tam charus, ut Templi, quod in Palatio erectum fuit, contra leges omnes, quibus ludricam artem exercentes Curia, Roſtris, Senatu, omnibuſque honoribus arcebantur, Aedituus fuerit conſtitutus; quod eruitur ex Inſcriptione illius Sarcophago inſculpta, quam licet a Fabretto, & Ficoronio relatam, a nobis quoque referri haud injucundum Lectori fore, arbitramur.

DIS MANIBVS
AVG. LIB. BATHYLLVS AEDITVVS TEMPLI DIVI AVG.
F. DIVAE AVGVSTAE QVOD EST IN PALATIVM
IMMVNIS ET HONORATVS.

Ex eodem Libertorum genere omnes fuiſſe Comoedos, Hiſtriones, Tibicines, Fidicineſque, probat non relata tantum Inſcriptio, ſed aliae omnes, quae ad hanc claſſem pertinent. Binas affert Bulengerus, quas ſubjicio. Prima Pyladis eſt, cujus mentionem fecimus.

P. AELIVS AVGVSTI LIBERTVS PYLADES PANTOMIMVS
HIERONICA INSTITVIT.

En alteram:

VLPIVS AVGVSTI LIBERTVS MAXIMVS PANTOMIMORVM
CORONATVS ADVERSVS HISTRIONES OMNES SCENICOS
ARTIFICES. HIERONICA.

Tertiam addo, quam ex Muſaeo Capitolino ipſe tranſcripſi: ſit enim nec ne a Scriptore aliquo relata, prorſus ignoro:

N. QVINCTIVS. ƆƆ. L. COMICVS
SIBI. ET. QVINCTIAE. PRIMILIAE
COLLIBERTAE. ET. CONIVGI. SVAE
VIXI. CVM. EA. ANN. XXX.

Atque hinc vehementer mihi probatur Daceriae ſententia putantis in Epigraphe, quae ſingulis terentianis fabulis praeficitur, legendum eſſe: MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI L. ac perperam loco literae L. nonnullis in Codicibus poſitam fuiſſe literam F.

Scenici praeterea, Ludiique omnes Collegium quoddam conſtituebant: quod de Tibicinum, Fidicinumque Collegio ſatis probat Inſcriptio ex eodem Muſaeo Capitolino a nobis allata Tom. I. pag. 171. Solenne enim Romanis fuiſſe, ut Artifices in Collegium cogerentur, ſatis teſtantur Inſcriptiones quamplurimae a Gruthero, & Reineſio relatae, in quibus legitur COLLEGIUM FABRORUM, COLLEGIUM LANARIORUM, & his ſimilia. In faſcia veteris Arcus quadrati marmorei ad S. Georgium in Velabro, in quo Severus Auguſtus, Julia Auguſta, & Antoninus Caeſar recenſentur, nonnullaque inſculpta ſunt, egregio quidem opere, ſacrificiorum

rum ornamenta, & militaria ſigna , de Argentariis, & Negotiantibus boariis fit mentio:

IMP. CAES. L. SEPTIMIO . SEVERO . PIO . PERTINACI . AVG. ARABIC.
ADIABENIC. PARTH. MAX. FORTISSIMO . FELICISSIMO . PONTIF. MAX.
TRIB. POTEST. XII. IMP. XI. COS. III. PATRI . PATRIAE.. ET
IMP. CAES. M. AVRELIO . ANTONINO . PIO . FELICI . AVG. TRIB.
POTEST. VII. COS. III. P. P. PROCOS . FORTISSIMO . FELICISSIMOQVE
PRINCIPI
ET IVLIAE . AVG. MATRI . AVG. N.
ET. CASTRORVM . ET . SENATVS . ET . PATRIAE . ET . IMP. CAES.
M. AVRELI . ANTONINI . PII . FELICIS . AVG.
PARTHICI . MAXIMI . BRITANNICI . MAXIMI
ARGENTARI . ET . NEGOTIANTES . BOARI . HVIVS . LOCI . QVI INVEHENT
DEVOTI . NVMINI . EORVM

Sic quoque de vini negotiantibus eſt Inſcriptio in muro cujuſdam parvae domus e regione S. Mariae, quae dicitur in Campo Carleo :

Q. HERENNIO . ETRVSCO . MESSIO . DECIO
NOBILISSIMO . CAES. PRINCIPI . IVVENTVTIS
COS. FILIO . IMP. CAES. C. MESSII . Q.
TRAIANI . DEC. PII . FELICIS . INVICTI
AVG. ARGENTARII . ET . EXCEPTORES
ITEMQVE . NEGOTIANTES . VINI . SVPERNAT
ET . ARIMIN.
DEVOTI . NVMINI . MAIESTATIQ. EIVS

Reliquum eſt, ut nonnulla de inductis in urbes ſcenicis exercitationibus, exſtructiſque Romae Theatris praemoneamus, quum de illorum partibus, nempe Scena, Orcheſtra, & Cavea ſatis ad rem noſtram egerimus Tom. II. pag. 155., de Janis vero, Aulaeiſque pag. 191.: quod poſtquam praeſtitum a nobis fuerit, caeteraque editionis noſtrae ornamenta percurrerimus, Praefationem hanc concludemus: quae enim dicenda de Tibiis erant ad ea illuſtranda, quae in cujuſque Fabulae leguntur epigraphe, explicavimus Tomo eodem pag. 91. & ſequentibus.

Ruſticos ex agris, in quibus Libero patri dionyſia agitaſſe ſaltationibus, & agreſtibus canticis jam diximus, a Theſpi Tragoediae auctore in pagos, urbeſque inductos, ubi fabulas in plauſtris per compita agerent, auctor nobis eſt Horatius de Arte Poetica v. 275.:

Ignotum tragicae genus inveniſſe Camoenae
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis.
Poſt hunc perſonae, pallaeque repertor honeſtae
Aeſchylus, & modicis inſtravit pulpita tignis.

Con-

Conſtrui mox incoepere Theatra, eaque tumultuaria, & lignea, quae ſolvi poſſent, ubi ſpectaculorum dies exiiſſet: qua de re Auſonius cecinit in Ludo Sapientum:

Aedilis olim Scenam tabulatam dabat
Subito excitatam, nulla mole ſaxea &c.
Poſtquam potentes nec verentes ſumptuum
Nomen perenne crediderunt, ſi ſemel
Conſtructa moles ſaxeo fundamine,
In omne tempus conderet ludis locum,
Cuneata crevit haec Theatri immanitas.

Atque equidem immanes dici merito lapideas moles illas poſſe, in quas ſcenicae actiones inducebantur, potiorique jure Amphitheatra, ipſa hujuſmodi molium rudera ſatis probant: inter quae praecipuum certe locum obtinebat, quod erexit Flavius Veſpaſianus, *Flavium* ſuo a conditore appellatum: ejus ſiquidem exteriores adhuc ſuperſtites reliquiae (interior enim ornatus, atque ipſa pene conſtructio aut barbarorum ſive invidia, ſive aviditate, aut ipſa civium romanorum negligentia periit;) gentium omnium excitant admirationem. Neque vero quis arbitretur, Fabulas dumtaxat in theatra inductas. Quamvis enim non leve theatrum inter, atque amphitheatrum diſcrimen intercedat, & amphitheatra ludis gladiatoriis, Ferarum dilaniationibus, aliiſque hujus generis ſpectaculis proprie eſſent addicta; nec ullibi datos in iis Tragoedos, Comoedos, Pantomimos, Mimos, Pſaltrios, aut Funambulos legerim; in theatris tamen praeter ſcenicas, aliaſque ludicras actiones, edita etiam quandoque fuiſſe ſpectacula convenit inter Scriptores; luculenterque probatur ex Prologo Hecyrae, conquerente Terentio eam primo non ſtetiſſe, quod *Populus ſtudio ſtupidus in funambulo animum occuparat*; quum autem relata eſt, aliam interveniſſe calamitatem: *Cum interea rumor venit*

Datum iri Gladiatores; Populus convolat,
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco:
Interea ego meum non potui tutari locum.

Primum itaque Romae lapideum perpetuumque Theatrum extruxiſſe Pompejum M. in Circo Flaminio IX. Urbis regione, dum alterum Conſulatum gereret cum M. Licinio Craſſo anno ab U. C. DCXCIX., ſcribunt Plinius, & Plutarchus. Quantae molis fuerit hoc Theatrum omnium poſt Flavii Amphitheatrum magnificentiſſimum, etſi ex Scriptoribus nemo referret, ipſa teſtantur rudera; ejuſque Ichnographiae pars non exigua, quam videre eſt inter reliquias Tabulae antiquae urbis Romae in Muſaeo Capitolino, in eaque legitur THEATRUM . . . . ᴿI, convenit adamuſſim cum ea, quam Bellorius edidit in *Fragmento Veſtigii Veteris Romae*. Quare eum praeſtat audire: *Pompejus devicto Mitridate Romam reverſus Thea-*

trum

trum exſtruxit expreſſum e Mithylenaeo, ut inquit Plutarchus, grandius tamen, ac pulchrius ... Sufficiebat hoc Theatrum, teſte Plinio, quadraginta hominum millibus (placet Panvinio legi octuaginta) .... *Theatri curva pars, ſpectatorumque cunei a Campo Florae tendebant, ſeſeque inclinabant a meridie viam Clavariorum verſus, ut & hodie in Urſinorum Aedium ſtabulis fornicum deſcendentium circulariter ad orcheſtram reliquiae ſpectantur. A cuneorum, & gradationum fronte Scena vergebat ad Eccleſiam S. Caroli ad Catinarios. Quare Porticus, quae ſtetit a tergo Scenae, ut inquit Donatus, propinquior Circo Flaminio, & Capitolio fuit. Alia vero porticus, quam etiam a tergo circularis curvaturae Theatri aſpicimus in noſtro Veſtigio, recta tendebat verſus Campum Florae. In eodem Theatro Ludos dedit Nero, totumque inauravit, ut oſtenderet Tiridati Arſacidi Regi Armenorum: Totum*, inquit Dio lib. XXXIX., & Plinius lib. XXXIII. cap. 3., *Theatrum intus cum Scena inauravit, auro etiam ornatis, quae intromittebantur, extenſis ſupra velis, quae ſtellis auratis diſtinguebantur. Quare ille ludorum dies aureus nominatus eſt.* Hinc vero conjicere fas eſt, ante Neronem invectum jam Romae fuiſſe morem Velis theatra obtegendi. Primis enim temporibus aperta omnino ſuperiori in parte erant, populuſque imbribus, & Solis aeſtui obnoxius: qua in re jocari pro more videtur Martialis Lib. IV. Epigr. 2.:

Spectabat modo Solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis &c.
Toto nix cecidit repente caelo;
Albis ſpectat Horatius lacernis.

Atque inde eorum confirmatur ſententia, qui aſſerunt, emiſſas nonnumquam e theatri cavea columbas, hirundineſque libere patente coelo ſua ad diverticula rediiſſe. Lentulum autem Spintherem apollinaribus ludis vela primum induxiſſe, refert Plinius Hiſt. natur. Lib. XIX. Linea plerumque erant, vel carbaſina, & quandoque etiam ſerica, quod de iis, quae Nero Tiridate Arſacide praeſente induxit, ſentiunt nonnulli; Plinius vero tantum purpurea dicit: non enim alba ſemper, aut carbaſina fuiſſe, ſed lutea quandoque, rufa, aut ferruginea docet Lucretius:

Et vulgo faciunt id lutea, rufaque vela
Et ferrugina, quum magnis intenta theatris
Per malos vulgata, trabeſque trementia pendent.

Per grandiora enim illa foramina quadrata, quae in ſummis theatrorum, ac praeſertim amphitheatri flavii lapidibus viſuntur adhuc, trajectas, & in altum directas fuiſſe antennas, quae hujuſmodi vela ſuſtinerent, auctor nobis eſt Juſtus Lipſius in libro de Amphitheatro: *Ipſae deinde antennae*, proſequitur, *ſive mali per foramina ea immiſſae, & demiſſae mutulis quibuſdam excipiebantur, firmitatis cauſſa. Ad antennas autem ſubrectas funes tranſverſim ligati & extenſi, ſuper quos ducta vela.*

Sed

Sed ad Pompejum redeo, qui quum nimii luxus in theatri conſtructione a majoribus argueretur, ad invidiam avertendam, ſe Veneri templum conſtruxiſſe ſimulavit, illudque ejus nomine ſacravit, ut teſtatur Plinius lib. VI. cap. 3.: *Pompeii quoque altero Conſulatu dedicatione Templi Veneris Victricis*. Atque equidem Marlianus loco citato anno MDXXV. vidiſſe ſe ait, retro Eccleſiam Sanctae Mariae in Crypta picta, quae ſecundum Palatium Urſinorum eſt, marmor effodi cum hac Inſcriptione VENERI VICTRICI. Non multo poſt Pompeii mortem igne fere abſumptum Tiberius reſtituit, & Nero Claudius dedicavit, teſte Dione lib. XXXIX., quem ſequutus eſt Bellorius: *Claudius*, inquit Dio, *Pompejo ipſi memoriam Theatri reſtituit, & Tiberii nomen Scenae adſcripſit, quod eam, quum exuſta eſſet, reſtruxerit. Nomen enim ſuum Scenae incidit, non quaſi eam conſtruxiſſet, ſed quia dedicaſſet*.

Tria alia eodem in Circo Flaminio fuere lapidea Theatra, ſcilicet Marcelli erectum imperante Auguſto, P. Fabio Maximo Q. Aelio Tuberone Coſs.; Balbi alterum, quod Claudius Caeſar dedicavit, a Balbi crypta, quae in proximo erat, dictum. Utriuſque Theatri ichnographiae partem refert Bellorius in laudato Fragmento: nullum enim Balbi Theatri veſtigium apparet in ichnographica Tabula Capitolina. Tertium Trajani in Campo Martio, quod Hadrianus contra omnium vota deſtruxit, ſummaque cura poſt Hadriani obitum fuit reſtitutum. Alia quoque in aliis urbis regionibus fuere Theatra, quorum viſuntur rudera: at ſi Pompejanum excipias, elegantius nullum, aut magnificentius invenies prae altero Marcelli Theatro ad infimum Argiletum juxta Pietatis, & Jani templa a Julio Caeſare inchoatum, dicatumque ab Auguſto Caeſare, qui illud Marcelli ex Octavia ſorore Nepotis nomine nuncupatum voluit, ut ejus famam perennaret. Hujus quoque Theatri ichnographiae pars maxima viſitur in ſaepius laudata Capitolina Tabula, ibique legitur THEATRUM MARCELLI. Haec Theatra tres potiſſimum in partes dividebantur, Scenam, Orcheſtram, & Caveam; quod ſatis oſtendi Tom. II. pag. 155., ex Julio Caeſare Bulengero, cui etiam acceptum refero, quidquid fere hac de re pronunciavi. Animadvertendum tamen, diverſimode diviſum fuiſſe Theatrum, ſi quando ſpectacula fuere in illud inducta. Tunc enim Cavea Gladiatoribus, Navibuſque cedebat, Orcheſtra Senatoribus; reliquam autem partem, eamque ſublimiorem populus occupabat.

Neque vero quis arbitretur, haec a me ad eruditionem potius aliquam oſtentandam, quam ad alienam utilitatem, facilioremque tyronibus ſternendam viam, qua terentianum textum aſſequi poſſint, eſſe prolata. Nam ſi cum iis, de quibus in Notis diſſerui, conjungantur, facile erit dignoſcere neceſſitate pene quadam fuiſſe me coactum, illa minime praeterire, quae Notis iiſdem lucem aliquam afferre poſſent. Atque equidem quî Terentii ſenſum quis aſſequetur, quî ejus venuſtatem,

 ac

ac leporem, ubi de foribus mentionem facit, niſi Januarum, ipſarumque Domorum in Theatro uſum praeguſtaverit? Quî vero ipſum Januarum uſum cognoſcere, niſi Scenae, totiuſque Theatri partes praeſentes habuerit, ipſamque conſtructionem? Ad hanc vero tenendam, magni mea quidem ſententia intereſt, noſſe occaſionem, cauſſam, ac tempus, quo Theatrorum uſus invectus eſt. Praeterea haerebit profecto animi tyro quiſque, quum congruam Actuum diviſionem fieri haud poſſe perceperit, niſi vacuum Theatrum ſit, ut Ludii induci poſſint; ſi de Ludiorum jocis, ac ſaltationibus minime fuerit mature eruditus. Haec potiſſimum me impulerunt, ut Notis loca nonnulla illuſtrarem, & quae in illis praetermiſſa ſunt, hic loci referrem: praeſertim quum quampluribus Terentii editionibus illuſtrium doctrina Virorum Diſſertationes de Tragoedia, & Comoedia, de Theatris, de Tibiis, de Ludorum varietate, Diſſertationes praemitti animadverterim, quae in noſtra omittuntur, ne quae editae ſaepius ſunt, repetantur.

Demum quo mea haec editio utilior ceteris redderetur, triplici eam concluſi Indice. In primo terentianae ſententiae omnes, quae plurimum ad mores aut tutandos, aut componendos, & philoſophiam tenendam pertinent, diverſo quam unquam antea ordine digeſtae, uberiorique copia leguntur, ad ſua ſcilicet redactae capita. Quae enim e. g. ad Adoleſcentes, quae ad ſenes, vel ſenectutem &c. pertinent; ſub verbis *Adoleſcentes*, *Senes*, *Senectus &c.* ſunt poſitae: hoc ſiquidem pacto facilius adinveniri, vel in memoriam reduci poſſe putavi. Index alter primo quoque utilior mihi viſus eſt: continet enim interjectiones, familiareſque modos latine quampuriſſime loquendi, ac phraſes nonnullas elegantiores, ſelectioreſque. Si cui enim omnes terentianas phraſes in unum collectas legere libet, voti compos facile fiet, ſi eas percurrerit, quas collegit Aldus Manutius, ediditque Venetiis anno MDLXXXV. Nonnullas quoque adnotavit Joannes Weitzius in ſua editione, quam vulgavit anno MDCX. rejecitque in Indicem verborum, in quo ſingulas expiſcari haud facile quis poſſit: quod incommodum a Lectoribus ut averterem, peculiari eas Indice complexus ſum, Actum, Scenam, ipſumque verſum indicans juxta editionis noſtrae diviſionem. In tertio denique peculiares res indicantur, de quibus in Notis agitur, Auctoreſque, quos ſum ſequutus. Fruere itaque, Lector humaniſſime, labore hoc, quotus quiſque ille ſit: meque laudis minime cupidum, flagrantem tamen deſiderio quam citiſſime hoc maturandi opus, tibique offerendi, excuſa, ſi quid minus caſtigatum, aut expolitum minus deprehenderis. Vale.

EVAN-

EVANTHIUS

DE

TRAGOEDIA ET COMOEDIA[a].

INitium Tragoediae & Comoediae a rebus divinis eſt inchoatum; quibus pro fructibus vota ſolventes operabantur antiqui. Nam incenſis jam altaribus, & admoto hirco, id genus carminis, quod ſacer chorus reddebat Libero patri, Tragoedia dicebatur, *ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς*, hoc eſt, ab hirco, hoſte vinearum, & a cantilena. Ejus ipſius rei apud *Virgilium* plena fit mentio: vel quod hirco donabatur ejus carminis Poeta; vel quod uter ejus muſti plenus ſolenne praemium cantoribus fuerat; vel quod ora ſua faecibus perliniebant ſcenici, ante uſum perſonarum ab *Aeſchylo* repertum. Faeces enim dicuntur graece *τρύγες*. Et his quidem cauſſis Tragoediae nomen eſt inventum. At vero nondum coactis in urbem Athenienſibus, quum Apollini Nomio, vel ΑΓΥΑΘῷ, id eſt paſtorum, vicinorumque praeſidi Deo, conſtructis aris in honorem divinae rei circum Atticae vicos, villas, pagos, & compita, feſtum carmen ſolenniter cantarent, orta eſt Comoedia *ἀπὸ τῶν κωμῶν καὶ τῆς ᾠδῆς* compoſito nomine, vel *ἀπὸ τὸ κωμάζειν καὶ ᾄδειν* q. e. commeſſatum ire cantantes: quod a Poetis ſolenni die, vel amatorie laſcivientibus choris comicis, non abſurdum eſt. Itaque ut rerum, ita etiam temporum ipſo coepto ordine Tragoedia primo prolata eſſe cognoſcitur. Nam ut ab incultis & feris moribus paulatim perventum eſt ad manſuetudinem, urbeſque ſunt conditae, & vita mitior atque otioſior proceſſit; ita res tragicae longe ante comicas inventae. Quamvis autem retro priſca volventibus reperiatur *Teſpis*[b] Tragoediae primus inventor; & Comoediae veteris pater *Eupolis* cum *Cratino*, *Ariſtophaneque* eſſe dicatur; *Homerus* tamen, qui fere omnis Poeticae largiſſimus fons eſt, etiam his carminibus exempla praebuit, & velut quadam ſuorum operum lege praeſcripſit: qui Iliadem inſtar Tragoediae, Odyſſeam ad imaginem Comoediae feciſſe monſtratur. Nam poſt illius tale tantumque documentum, ab ingenioſiſſimis imitatoribus, & digeſta ſunt in ordinem, & diviſa ea, quae etiam tum temere ſcribebantur adhuc impolita, atque in ipſis rudimentis haud quaquam, ut poſtea facta ſunt, decora atque levia. At nos ea, quae proprie de Tragoedia dicenda ſunt, titulo propoſiti operis inſtantes, in alia tempora differamus: & de his fabulis jam loquamur, quas *Terentius* imitatus eſt. Poſtquam demoſtrandae originis cauſſa de utriuſque generis initio diximus; quod neceſſe eſt, jam dicemus.

Comoedia fere vetus, ut ipſa quoque olim Tragoedia, ſimplex carmen (quemadmodum jam diximus) fuit: quod chorus circa aras fumantes nunc ſpatiatus, nunc conſiſtens, nunc revolvens gyros, cum tibicine concinebat. Sed primo una perſona ſubſtituta eſt cantoribus, quae reſpondens alternis choro, locupletavit variavitque rem muſicam; tum alte-

(*a*) Quae hic de Tragoedia, & Comoedia referuntur, ea non, ut alii, ex Cornuto, vel Aſpro deſumpta, ſed ex Evanthii commentario in Terentium ſelecta eſſe arbitror. Ejuſque rei evidentiſſimum argumentum eſt, quod ſub hujus eruditiſſimi Grammatici nomine (quem iiſdem cum Donato temporibus, hoc eſt, Olympiade 285. regnante Conſtantio filio Conſtantini, Conſtantinopoli floruiſſe notat Hieronymus) haec verba adferat Rufinus Antiochenſis Grammaticus lib. de metris Terentianis: *Concinna argumento, conſuetudine congrua, utilis ſententiis, grata ſalibus, apta metro*. Et poſtea ſic: *Veteres etſi uſi ipſi quoque metris*, &c. Quae ipſiſſima in hiſce prolegomenis nunc leguntur. *Lindenbrogius*.

(*b*) Ignotum tragicae genus inveniſſe Camoenae
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis,
Quae canerent, agerentque peruncti faecibus ora.
Poſt hunc perſonae, pallaeque repertor honeſtae
Aeſchylus, & modicis inſtravit pulpita tignis;
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.
Succeſſit vetus his Comoedia non ſine multa
Laude; ſed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi: lex eſt accepta: choruſque
Turpiter obticuit, ſublato jure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquere Poetae.
Nec minimum meruere decus, veſtigia graeca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta:
Vel qui Praetextas, vel qui docuere Togatas.
Horatius de Arte Poetica ver. 275.

altera; tum tertia; & ad poſtremum, creſcente numero, per authores diverſos, perſonae, pallae, cothurni, ſocci, & caeteri ornatus atque inſignia ſcenicorum reperta: & ad hoc unicuique ſuus habitus; & ad ultimum, qui primarum partium, qui ſecundarum, & tertiarum, qui quartarum, atque quintarum, actores eſſent, diſtributa, & diviſa quinque partito tota eſt fabula; quae tamen in ipſis ortus ſui velut quibuſdam incunabulis, & vix dum incipiens κωμῳδία ἐτεώνιος ᾗ ἀρχαία dicta eſt: ἀξχαία idcirco, quia eſt de nobis parum cognitis vitiis: ἐτεώνιος autem, quia ineſt in ea velut hiſtorica fides verae narrationis, & denominatio omnium, de quibus libere deſcribebatur. Etenim per priſcos Poetas, non ut nunc penitus ficta argumenta, ſed res geſtae a civibus palam cum eorum ſaepe, qui geſſerant, nomine decantabantur. Ideo ipſa ſuo tempore moribus multum profuit civitatis: quum unuſquiſque caveret, culpa ne ſpectaculo caeteris eſſet, & domeſtico probro. Sed quum Poetae abuti licentius ſtylo, & paſſim laedere ex libidine coepiſſent plures bonos; ne quiſquam in alterum carmen infame proponeret, lege lata ſiluere. Et hinc deinde aliud genus fabulae, id eſt SATYRA, ſumpſit exordium, quae a Satyris, quos illotos ſemper ac petulantes Deos ſcimus eſſe, vocitata eſt: etſi aliunde nomen traxiſſe prave putant alii. Haec, quae Satyra dicitur, ejuſmodi fuit, ut in ea, quamvis duro & veluti agreſti joco, de vitiis civium tamen ſine ullo proprii nominis titulo carmen eſſet. Quod item genus Comoediae ~~multis obfuit~~ Poetis, quum in ſuſpicionem potentibus civibus veniſſent, illorum facta deſcripſiſſe in pejus, ac deformaſſe genus ſtylo carminis: quod primo *Lucilius* novo conſcripſit modo, ut Poeſin inde faceret, id eſt, unius carminis plures libros. Hoc igitur, quo ſupra diximus modo, coacti omittere ſatyram, aliud genus carminis, τὴν νέαν κομῳδίαν, hoc eſt novam comoediam reperere Poetae, quae argumento communi magis, & generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertineret, & minus amaritudinis ſpectatoribus, & eadem opera multum delectationis afferret; concinna argumento, conſuetudine congrua, utilis ſententiis, grata ſalibus, apta metro. Ut igitur ſuperiores illae ſuis quaeque celebrantur authoribus; ita haec νέα κωμῳδία cum multorum antea, tum praecipue *Menandri*, *Terentiique* eſt: de qua quum multa dicenda ſint, ſat erit tamen, velut admonendi lectoris cauſſa, quod de arte comica veterum chartis continetur, exponere (a). *Comoedia vetus*, ut ab initio chorus fuit, paulatimque perſonarum numero in quinque actus proceſſit; ita paulatim velut attrito atque extenuato choro ad *novam Comoediam* ſic pervenit, ut in ea non modo non inducatur chorus, ſed ne locus quidem ullus jam relinquatur choro. Nam poſtquam otioſo tempore, faſtidioſior ſpectator effectus, tunc cum ad cantores ab actoribus fabula tranſibat, conſurgere & abire coepiſſet: admonuit Poetas, primo quidem choros praetermittere, locum eis relinquentes, ut *Menander* fecit hac de cauſſa, non, ut alii exiſtimant,

(a) Comoediam apud Graecos, dubium eſt, quis invenerit primus: apud Latinos certum eſt. Comoediam & Tragoediam togatam primus Livius Andronicus reperit, aitque, *Comoediam eſſe quotidianae vitae ſpeculum*: nec injuria: nam ut intenti ſpeculo veritatis lineamenta facile per imagines colligimus; ita lectione Comoediae imitationem vitae, conſuetudiniſque non aegerrime animadvertimus. Hujus autem originis ratio ab exteris civitatibus, moribuſque provenit. Athenienſes namque atticam cuſtodientes elegantiam, quum vellent male viventes notare, in vicos & compita ex omnibus locis laeti alacreſque veniebant: unde nomen compoſitum, ut Comoedia vocaretur. Haec autem carmina in pratis primum mollibus agebantur. Nec deerant praemia, quibus ad ſcribendum doctorum provocarentur ingenia: ſed & actoribus munera offerebantur, quo libentius jucundo vocis flexu ad dulcedinem commendationis uterentur. Caper namque pro donis his dabatur, quia vitibus noxium animal habebatur: a quo etiam Tragoediae nomen exortum eſt. Nonnulli autem ex amurca olei faece, quae eſt humor aquatilis, Tragoediam dici, vocarique maluerunt &c.

Comoedia multas ſpecies habet: aut enim Palliata eſt, aut Togata, aut Tabernaria, aut Atellana, aut Mimus, aut Rhintonica, aut Planipedia. Planipedia autem dicta ob humilitatem argumenti ejus, ac vilitatem Actorum, qui non cothurno, aut ſocco utuntur in Scena, aut pulpito, ſed plano pede: vel ideo quod non negotia continet, quae perſonarum in turribus, aut in coenaculis habitantium ſunt, ſed in plano & humili loco. Perſonati primi egiſſe dicuntur Comoediam Cincius, & Faliſcus: Tragoediam Minutius, & Prothonius. Omnium autem Comoediarum ſcripta ex quatuor rebus omnino ſumuntur, nomine, loco, facto, eventu. Nomine, ut Phormio, Hecyra, Gurgulio, Epidicus. Loco, ut Andria, Leucadia, Brunduſina. Facto, ut Eunuchus, Aſinaria, Captivi. Eventu, ut Commorientes, Adelphoe, Heautontimorumenos. Comoediarum formae ſunt tres; Palliatae graecum habitum ferentes; quas nonnulli Tabernarias vocant; Togatae juxta formam Perſonarum, habitum togatum deſiderantes; Atellanae ſalibus, & jocis compoſitae, quae in ſe non habent niſi vetuſtam elegantiam &c. *Donatus in Fragmento de Comoedia, & Tragoedia.*

mant, alia. Poſtremo ne locum quidem reliquerunt : quod latini fecerunt Comici : unde apud illos dirimere actus quinquepartitos difficile eſt. Tum etiam Graeci prologos non habent more noſtrorum, quos Latini habent. Deinde θεοῦς ἀπὸ μηχανῆς, id eſt, Deos argumentis narrandis machinatos, caeteri Latini inſtar Graecorum habent; *Terentius* non habet. Ad hoc προτατικὰ πρόσωπα, id eſt, perſonas extra argumentum accerſitas non facile caeteri habent: quibus *Terentius* ſaepe utitur, ut per harum inductiones facile pateat argumentum. Veteres, etſi ipſi quoque metris negligentius egerunt jambici verſus dumtaxat in ſecundo & quarto loco, tamen a *Terentio* vincuntur reſolutione hujus metri, quantum poteſt, comminuti ad imaginem proſae orationis. Tum perſonarum leges circa habitum, aetatem, officium, partes agendi, nemo diligentius *Terentio* cuſtodit. Quin etiam ſolus auſus eſt, quum in fictis argumentis fidem veritatis aſſequeretur, etiam contra praeſcripta comica meretrices interdum non malas introducere: quibus tamen cur bonae ſint, & voluntas per ipſum & cauſſa non deſit. Haec quum artificioſe *Terentius* fecerit, tum illud admirandum, quod & morem retinuit, ut Comoediam ſcriberet; & temperavit affectum, ne in Tragoediam tranſiliret: quod cum aliis rebus minime obtentum & a *Plauto*, & ab *Afranio* & *Accio*, & multis fere magnis Comicis invenimus. Illud quoque inter Terentianas virtutes mirabile, quod ejus fabulae eo ſunt temperamento, ut neque extumeſcant ad tragicam celſitudinem, neque abjiciantur ad mimicam vilitatem. Adde, quod nihil abſtruſum ab eo ponitur, aut quod ab hiſtoricis requirendum ſit; quod ſaepius *Plautus* facit, & eo eſt obſcurior in pluribus locis. Adde, quod argumenti ac ſtyli ita attente memor eſt, ut nuſquam non caverit, aut curaverit ea, quae obeſſe potuerunt: tum quod media primis atque poſtremis ita nexuit, ut nihil additum alteri, ſed aptum ex ſe totum & uno corpore videatur eſſe compoſitum. Illud quoque mirabile in eo primo, quod non ita miſcet perſonas quatuor, ut obſcura ſit earum diſtinctio: & item quod nihil ad populum facit actorem velut ex Tragoedia loqui: quod vitium *Plauti* frequentiſſimum eſt. Illud etiam inter caetera ejus laude dignum videtur, quod locupletiora argumenta ex duplicibus negotiis delegerit ad ſcribendum. Nam excepta Hecyra, in qua unius Pamphili amor eſt, caeterae quinque binos adoleſcentulos habent. Illud vero tenendum eſt, poſt νέαν κωμῳδίαν Latinos multa fabularum genera protuliſſe: ut Togatas a ſcenicis atque argumentis latinis: Praetextatas ab dignitate perſonarum, & latina hiſtoria : Atellanas a civitate Campaniae, ubi actitatae ſunt plurimae : Rhyntonicas ab actoris nomine : Tabernarias ab humilitate argumenti & ſtyli ; Mimos ab diuturna imitatione vilium rerum & levium perſonarum. Inter Tragoediam autem & Comoediam cum multa, tum in primis hoc diſtat, quod in Comoedia mediocres fortunae hominum, parvi impetus, periculaque, laetique ſunt exitus actionum; at in Tragoedia omnia contraria; ingentes perſonae, magni timores, exitus funeſti habentur. Et illic turbulenta prima, tranquilla ultima. In Tragoedia contrario ordine res aguntur. Tum quod in Tragoedia, fugienda vita; in Comoedia, capeſſenda exprimitur. Poſtremo, quod omnis Comoedia de fictis eſt argumentis: Tragoedia a ſaepe ab hiſtorica fide petitur. Latinae fabulae primo a *Livio Andronico* ſcriptae ſunt, quum etiam tum ad cuncta recentibus, idem & Poeta & actor fabularum ſuarum fuiſſet. Comoediae autem motoriae ſunt, aut ſtatariae, aut mixtae. Motoriae, turbulentae: ſtatariae, quietiores: mixtae, ex utroque actu conſiſtentes. Comoedia per quatuor partes dividitur, Prologum, Protaſin, Epitaſin, Cataſtrophen. Prologus eſt velut praefatio quaedam fabulae; in quo ſolo licet praeter argumentum aliquid ad populum, vel ex Poetae, vel ex ipſius fabulae, vel ex actoris commodo loqui. Protaſis primus eſt actus, initiumque dramatis. Epitaſis incrementum proceſſuſque turbarum, ac totius, ut ita dixerim, motus erroris. Cataſtrophe, converſio rerum eſt ad jucundos exitus, patefacta cunctis cognitione geſtorum.

ADPROBATIONES.

ELegantiſſimam P. Terentii Afri Comoediarum editionem ad antiquiſſimos Bibliothecae Vaticanae Codices MSS. conlatam, variantibus lectionibus ex eiſdem Codicibus depromptis, Notiſque C. V. Caroli Cocquelines illuſtratam, addita italica docti Viri, meique dum viveret amici, Verſione, juſſu Rmi P. Thomae Auguſtini Ricchinii S. P. A. Magiſtri attente perlegi; nihilque in ea reperi, quod orthodoxae fidei ſit adverſum, aut morum honeſtati repugnet: quin potius quum haec editio tam ad latinae, quam ad italicae linguae ſtudium fovendum multa nec exigua ſuppeditet argumenta; quumque eruditus Adnotationum Auctor, praeter accuratum de rebus comicis Tractatum, plurima collegerit, quae praeclaris Antiquitatis monumentis lumen afferant; opus profecto dignum cenſeo, quod typis mandetur. Datum e Bibliotheca Vaticana pridie Kalendas Decembris 1766.

Joſeph Simonius Aſſemanus Bibliothecae Vaticanae Praefectus.

P. Terentii Comoedias, quas ex vetuſtiſſimis MSS. exemplaribus Bibliothecae Vaticanae & Barberinae recenſuit, & Animadverſionibus illuſtravit Vir Doctiſs. & Clariſs. Carolus Cocquelines cum ſubjecta ſingulis paginis Verſione italica, juſſu Rmi P. Thomae Auguſtini Ricchinii S. P. A. Magiſtri attente perlegi; nec quidquam in iis offendi, quod orthodoxae fidei, boniſque moribus adverſaretur: Imo vero quum plurima, quae ad elegantes latine loquendi modos comparandos, & ad Romanarum Antiquitatum, ad Theatrum praeſertim ſpectantium, explicationem adprime conferunt, proponantur in hoc opere; perutile fore cenſeo bonarum literarum ſtudio incumbentibus, & dignum quidem, quod in lucem prodeat. Ex Bibliotheca Barberina XVII. Kal. Maii 1767.

Simon Ballerinius SSmi D. N. Papae intimus Sacellanus J. U. D., & Bibliothecae Barberinae Praefectus.

IMPRIMATUR.


Si videbitur Reverendiſſimo P. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

D. Patriarcha Antioch. Viceſgerens.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ordinis Praedicatorum Sacri Palatii Apoſtolic Magiſter.

P. TEREN-



Jo. Bapta Sintes ſculp.

PUBLII TERENTII
VITA
EX SVETONIO (a).

PUBLIUS TERENTIUS Afer, Carthagine natus, ſervivit Romae TERENTIO Lucano Senatori: a quo ob ingenium, & formam non inſtitutus modo liberaliter, ſed & mature manumiſſus eſt. Quidam captum eſſe exiſtimant: quod fieri nullo modo potuiſſe Feneſtella docet, quum in fine ſecundi belli Punici, & ante initium tertii natus ſit, & mortuus: nec ſi a Numidis, aut Getulis captus ſit, ad ducem romanum pervenire potuiſſet, nullo commercio inter Italicos,

(a) Hanc de P. Terentio Afro narrationem licet nonnulli Aelio Donato tribuant; nos tamen Tanaquillo Fabro, & quamplurimis aliis doctiſſimis, ſanaeque critices ſtudioſis Viris inhaerentes, Svetonio, auctori ſuo, reſtituendam putavimus.

licos & Afros, niſi poſt deletam Carthaginem, coepto [a]. Hic cum multis Nobilibus familiariter vixit, ſed maxime cum Scipione Africano, & cum Laelio: quibus etiam corporis gratia conciliatus exiſtimatur; quod ipſum Feneſtella arguit, contendens utroque majorem natu fuiſſe; quamvis Cornelius Nepos aequales omnes fuiſſe tradat, & Porcius ſuſpicionem de conſuetudine per haec verba faciat:

Dum laſciviam nobilium & fucoſas laudes petit,
Dum Africani voci divinae inhiat avidis auribus,
Dum ad Furium ſe caenitare & Laelium, pulchrum putat;

Dum

(a) De Terentii aetate quum ſatis erudite egerit alias Faber, ejus Diſſertatiunculam, quam praeſtantioribus in editionibus cuſam animadverti, hic referendam duxi, nonnullis tamen additis in Faſtis conſularibus, quae deſiderabantur: malo enim, (quod non ſemel profeſſus ſum) alieno uti labore, quam incomptum quidquam de meo proferre.

TANAQVILLI FABRI DE AETATE P. TERENTII.

„ Decrevi hodie quaerere diligentius paulo, quam ab iis factum „ eſt, quos viderim, certiuſque & clarius tradere, quaenam „ Terentii aetas fuerit: tum difficultates nonnullas enodare, „ quae circa illam oriri ſolent; qua ex re aliquid utilitatis ad „ eos perventurum ſcio, qui illo ſcriptore delectantur. Id au„ tem ut recte inſtitui, commodeque procedere poſſit, quatuor „ ſunt, quae mihi in primis ponenda & ſtabilienda videntur.

„ I. Quo anno Urbis conditae mortuus ſit Plautus.
„ II. Quo anno mortuus ſit Scipio Africanus Major.
„ III. Quo anno natus ſit Scipio Aemilianus.
„ IV. Quo anno natus ſit & mortuus P. Terentius Poeta.

„ His enim quaſi terminis depactis, facile, uti ſpero, verita„ tem indagabimus, & ita undique circumcludemus, ut ne amplius „ effugiat, ſed comprehenſa teneatur. Nihil autem aptius & ma„ gis e re fuerit, quam diagramma, ſeu ſeriem aliquot Conſu„ lum ante oculos habere; En tibi.

SERIES CONSULUM.

„ Anni ab Urbe condita:
„ 569. P. Claudius Pulcer, P. Porcius Licinius.
„ 570. Q. Fabius Labeo, M. Claud. Marcellus.
„ 571. L. Aemilius Paulus, Cn. Baebius Tamphilus.
„ 572. P. Cornelius Lentulus, M. Baebius.
„ 573. A. Poſtumius Albinus, C. Calphurnius Piſo.
„ 574. Q. Fulvius Flaccus, L. Manlius Acidinus.
„ 575. M. Junius Brutus, A. Manlius Volſo.
„ 576. C. Claudius Pulcer, T. Sempronius Gracchus.
„ 577. Q. Petilius Sp., Cn. Corn. Scipio Hiſpallus.
„ 578. P. Mutius Scaevola, M. Aemilius Lepidus II.
„ 579. Sp. Poſtumius Albinus, M. Mutius Scaevola.
„ 580. L. Poſtumius Albinus, M. Popilius Laenas.
„ 581. C. Popilius Laenas, P. Aelius Ligur.
„ 582. P. Licinius Craſſus, C. Caſſius Longinus.
„ 583. A. Hoſtilius Mancinus, A. Atilius Serranus.
„ 584. Q. Martius Philippus II. Q. Servilius Caepio.
„ 585. L. Aemilius Paulus II. C. Licinius Craſſus.
„ 586. Q. Julius Paetus, M. Junius Pennus.
„ 587. C. Sulpicius Gallus, M. Claudius Marcellus.
„ 588. T. Manlius Torquatus, Cn. Octavius.
„ 589. A. Manlius Torquatus, Q. Caſſius Longinus.
„ 590. T. Sempronius Gracchus, M. Juventius Talma.
„ 591. P. Cornel. Scipio Naſica, C. Martius Figulus.
„ 592. M. Valerius Meſſala, C. Fannius Strabo.
„ 593. L. Anicius Gallus, Cn. Cornelius Cethegus.
„ 594. Cn. Corn. Dolabella, M. Fulvius Nobilior.
„ 595. M. Aemilius Lepidus, C. Popilius Laenas II.
„ 596. Sex. Jul. Caeſar, L. Aurelius Oreſtes.
„ 597. L. Corn. Lentulus, C. Martius Figulus II.
„ 598. L. Cornel. Scipio Naſica, M. Cl. Marcellus II.
„ 599. Q. Opimius Nepos, L. Poſtumius Albinus II.
„ 600. Q. Fulvius Nobilior, T. Annius Luſcus.
„ 601. M. Claud. Marcellus III. L. Valer. Flaccus.
„ 602. L. Licinius Lucullus, A. Poſtumius Albinus.
„ 603. L. Quintius Flaminius, M. Acilius Balbus.

„ *Sub his Conſulibus* III. *bellum Punicum inchoatur; at anno* „ 604. Scipio Aemil. Carthaginem capit, diruit.

„ Primum igitur, quod de Plauti morte poſitum eſt, id ex „ Cicerone in Bruto conſtat: *Nam Plautus*, inquit, *P. Claudio*, „ *L. Porcio Coſſ. mortuus eſt, Catone Cenſore*, id eſt anno U. „ conditae DLXIX. ſeu CLXXVII. ante Chriſtum natum. Fallitur ita„ que Hieronymus, quum in Chronico Euſebiano ſcribit: OLYM„ PIADE CXLV. *Plautus ex Umbria Sarſinas Romae moritur*. Di„ cendum enim fuerat OLYMPIADE CXLIX. Quod an obſervatum a „ Scaligero fuerit, neſcio.

„ Scipio autem Major, avus Scipionis Aemiliani, per ado„ ptionem filii ſcilicet, anno ſequenti, id eſt DLXX. ab Urbe „ condita, fato conceſſit, uti olim a Polybio ſcriptum fuerat: „ & ex eo docet Livius lib. XXIX. Neque vero aliter ſenſit Ci„ cero in admirabili libello de Senectute.

„ At Scipio Minor, ſeu Aemilianus, qui naturalis Aemilii „ Pauli filius fuit, adoptatus autem a filio Scipionis Africani „ prioris, eodem plane anno natus eſt, quo denatus eſt Plautus; „ Urbis conditae ſcilicet DLIX., id quod negaverit nemo, quum „ Livius ſcribat lib. XLIV. *Conſulem*, (id eſt Aemilium Paulum) „ *quum ſe in caſtra victor recepiſſet, ne ſincere gaudio frueretur*: „ *cura de minore filio ſtimulabat. P. Scipio is erat Africanus* „ *& ipſe poſtea deleta Carthagine appellatus, naturalis Con-*

„ *ſulis*

Dum ſe amari ab hiſce credit, crebro in Albanum rapi
Ob florem aetatis ſuae, ad ſummam inopiam redactus eſt.
Itaque e conſpectu omnium abiit in Graeciam, terram ultimam.
Mortuus eſt Stymphalo Arcadiae oppido: nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lelius, nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut eſſet, quo referret obitum domini ſervulus.

Scripſit

„ *ſulis Pauli adoptione, Africani nepos. Is ſeptimum decimum*
„ *tunc annum agens, quod ipſum curam augebat*, &c.

„ Terentius denique ſub Conſulatu Corn. Dolabellae & Ful-
„ vii Nobilioris mortuus eſt, uti ſcriptum a Svetonio fuerat,
„ quem Donatus tranſcripſit. *Caeteri mortuum eſſe credunt, Cn.*
„ *Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore Coſſ.* quod in annum
„ Urbis conditae DXCIV. incidat, neceſſe eſt. Sed quo anno
„ natus eſt? hoc enim quaeri utile fuerit. Id ita conſtitui po-
„ teſt: Pro certo affirmavit Feneſtella, ſcriptor Antiquitatis Ro-
„ manae peritiſſimus, *inter finem ſecundi belli Punici, & ini-*
„ *tium tertii, natum eſſe & mortuum Terentium*. Verba homi-
„ nis ſunt apud Svetonium, qui olim de Poetis Latinis ſcripſe-
„ rat. At ſecundum bellum Punicum deſiit anno Urbis con-
„ ditae DLII.: tertium autem inchoatum DXCIII. Vides ita-
„ que annos XLIX. intra quos & natus ſit & mortuus. Sed tem-
„ pus illud a Feneſtella poſitum, nec ab initio, nec a fine
„ circumſcriptum eſt; atque adeo, ſi pauculi anni utrinque
„ demantur, facile intelligitis, quam haec recte cum eo congruant,
„ quod Svetonius obſervaverat: *Caeteri mortuum eſſe tradunt Cn.*
„ *Cornel. Dolabella, M. Fulvio Nobiliore Coſſ.* Anni enim X.
„ aut XI. qui a fine ſecundi & ante finem tertii belli Punici
„ inter utrumque terminum partiendi & diſtrahendi ſunt, rem cla-
„ ram & ediſſertam dabunt. Quamobrem natus eſt Terentius an-
„ no Urbis Romanae DLX., id eſt novem annis ante mortem
„ Plauti, totidem annis ante ortum Scipionis Aemiliani, unde-
„ cim autem ante obitum Scipionis Majoris, qui primus Afri-
„ canus dictus eſt. Neque vero ultra hoc tempus Conſulis Ful-
„ vii ſcripſiſſe Terentium apparet; quum poſtrema omnium Fabu-
„ larum, ADELPHI ſcilicet, edita fuerit anno Urb. DXCIII. L.
„ Anicio Gallo, M. Corn. Cethego Coſſ., quo tempore natus
„ erat Terentius annos XXXIV. Hinc itaque eſt, quod, ubi de
„ Plauto & Naevio loquitur, eos veteres Poetas refert, in Pro-
„ logo Eunuchi, ſcilicet:

„ *Quare aequum eſt vos cognoſcere, atque ignoſcere,*
„ *Quae VETERES factitarunt, ſi faciunt novi.*

„ Neque hoc minus verum eſt, quod dicam, non potuiſſe ju-
„ vari Terentium in Fabulis ſcribendis a Scipione Majore, quum
„ circa obitum illius, undecim, non amplius, annos natus eſ-
„ ſet. Sed en tibi fontem erroris, ex quo tot portenta proflu-
„ xerunt; videlicet utrumque Scipionem confunderunt, & al-
„ terum pro altero ſumſere. Quo enim tempore edidit Adelphos
„ Terentius, jam annos quinque & viginti natus erat Scipio
„ Aemilianus, quo nihil majus habuit Imperium Romanum.
„ Verum enim Herois illius elogium eſt: *P. Scipio Aemilianus*
„ *vir avitis P. Africani, paterniſque L. Pauli virtutibus ſi-*
„ *millimus, &c.* INGENIIQVE AC STUDIORUM EMINENTISSIMUS, &c.
„ Paterculus *lib.* I. At, qui talis erat, facile, ut arbitror,
„ Terentium, ſi fuiſſet opus, adjuvare potuiſſet. Huic Paterculi
„ teſtimonio addas licet, quod de cura L. Pauli circa educa-
„ tionem, inſtitutionemque liberorum, de tot magiſtris e Grae-
„ cia petitis, qui illos in omni artium genere erudirent, a
„ Plutarcho ſcriptum eſt: at non tranſcribam, quum totum id
„ apud ipſum legere poſſis. Aliud quoque fuit, unde in errorem
„ inducti homines fuere; nomen Laelii ſcilicet. At hoc memi-
„ niſſe decuerat, Scipionem Aemilianum Laelii opera uſum quoque
„ fuiſſe, ſed illum Laelium prioris filium intelligi debere. Quid
„ autem, ut ad Aemilianum revertatur oratio, an cuiquam
„ minus credibile videatur, potuiſſe illum ea aetate (XXV. ann.)
„ Menanderas Fabulas latine convertere, qua multi longe mi-
„ nori indole praediti, quam qua ipſe erat, jam clariſſima inge-
„ nii ſui monumenta ſaepius ediderunt? An quod Menandri Fa-
„ bulae difficiles erant? Imo nil facilius, nil apertius, uti ex
„ latiſſimis fragmentis conſtat, quae paſſim apud Auctores ſeu ſa-
„ cros ſeu profanos reperias. Sed nunc, ut rem abſolvam, li-
„ bet mihi illa percurrere, quae ex Suetonio excerpſit Ael. Do-
„ natus, aut, quod verum eſt, qui nobis Donatum mutilarunt:
„ *Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, ſed maxime cum*
„ *P. Scipione Africano, & C. Laelio: quibus etiam corporis*
„ *gratia conciliatus exiſtimatur, quod & ipſum Feneſtella arguit*
„ *contendens utroq. majorem natu fuiſſe*. Hoc dextra laevaque
„ falſum eſt, & fieri nequit. Qua enim ratione fieri poſſit, ut
„ Scipione Africano aetate major eſſet Terentius, quum tanto
„ tempore poſt Plauti obitum floruerit, ut eum veterem vocet,
„ uti oſtendi ſuperius? At Plautus uno tantum anno ante mor-
„ tem Scipionis Africani obiit. Quonam etiam pacto congruere
„ haec poſſunt cum illis ejuſdem Feneſtellae verbis: *inter fi-*
„ *nem ſecundi belli Punici & initium tertii natum eſſe &*
„ *mortuum Terentium*? Itaque haec a Feneſtella ſcribi non
„ potuerunt; ſed videlicet eum Epitomiſtes non eſt aſſequutus.
„ Id enim ſcripſerit Feneſtella de Scipione Aemiliano; neque
„ aliter ſentiebat Nepos, cum *aequales omnes fuiſſe tradit*;
„ Quamquam, ut dixi antea, decem aut undecim anni inter
„ aetatem Aemiliani, & Terentii intercedunt.

Scripſit Comoedias ſex: ex quibus primam Andriam quum Aedilibus daret, juſſus ante Caecilio recitare, ad coenantem quum veniſſet, dictus eſt, initium quidem fabulae, quod erat contemptiore veſtitu, ſubſellio, juxta lectulum, reſidens legiſſe: poſt paucos vero verſus, invitatus ut accumberet, coenaſſe una: deinde caetera percurriſſe non ſine magna Caecilii admiratione. Et hanc autem & quinque reliquas aequaliter populo probavit. Quamvis Volcatius de enumeratione omnium ita ſcribit:

Sumetur Hecyra ſexta ex iis fabula (a).

Eunuchus quidem bis acta eſt, meruitque pretium, quantum nulla antea cujuſquam Comoedia, id eſt octo millia nummûm: propterea ſumma quoque titulo adſcribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam praefert principio Menandri. Non obſcura fama eſt, adjutum Terentium in ſcriptis a Laelio & Scipione, quibuſcum familiariter vixit. Eandem ipſe auxit: nunquam enim, niſi leviter, ſe tutari conatur, ut in Prologo Adelphorum:

Nam quod iſti dicunt malevoli, homines nobiles
Hunc adjutare, aſſidueque una ſcribere:
Quod illi maledictum vehemens exiſtimant,

Eam

(a) Placet hic Petiti de ordine Comoediarum P. Terentii ſententiam audire.
,, Omnia non ſunt plana atque liquida. Primam omnium ANDRIAM
,, eſſe, liquet ex *Donato* Praefatione in Andriam. *Haec prima*
,, *acta eſt Ludis Megalenſibus, &c. Svetonius Tranquillus* in
,, Vita Terentii: *Scripſit Comoedias ſex, ex quibus primam An-*
,, *driam, quum Aedilibus daret &c.* Quod & teſtantur hi verſus
,, *Andriae Prologo:*

,, *Favete, adeſte aequo animo, & rem cognoſcite,*
,, *Ut pernoſcatis, ecquid ſpei ſit relliquum,*
,, *Poſthac quas faciet de integro Comoedias,*
,, *Spectandae, an exigendae ſint vobis prius.*

,, Editam teſtantur cum Didaſcaliae, tum Svetonius, M. Mar-
,, cello, Cn. Sulpitio Coſſ. hoc eſt Anno ab urbe condita DLXXXVIII.
,, Hecyra ſemel atque iterum exacta, tertio ſtetit; unde fa-
,, ctum, ut quo loco edita primum ſit a Terentio, non ex ve-
,, ro proditum ſit a *Donato* Praefatione in hanc Comoediam: *Fa-*
,, *ctaque & edita quinto loco, Cn. Octavio & T. Manlio Coſſ.*
,, Atqui ſi facta editaque eſt Cn. Octavio, T. Manlio Coſſ., non
,, igitur quinto loco: nam Cn. Octavius, & T. Manlius Con-
,, ſules fuerunt Anno ab urbe cónd. DLXXXIX. Ergo facta eſt
,, poſt Andriam, quam edidit Terentius anno proximo praece-
,, dente; proinde Hecyra ſecunda eſt, ordine fabularum, quas fe-
,, cit Terentius.
,, Tertia fuit Heautontimorumenos, ut conſtat ex Didaſcaliis,
,, quae in fronte illius leguntur, in haec verba: *Acta tertia,*
,, *M. Juventio, M. Sempronio Coſſ.* Qui conſules fuerunt anno
,, ab urbe condit. DXCI.
,, Sequitur quarta Phormio, de qua *Didaſcalia: facta eſt* IV.
,, *C. Fannio, M. Valerio Coſſ.* Quod etiam teſtatur *Donatus*
,, Praefatione in hanc fabulam: *Edita eſt quartó loco M. Vale-*
,, *rio, & C. Fannio Coſſ.* Poſt Phormionem quinta eſt edita
,, Eunuchus, iiſdem Coſſ. iiſdem Aedilibus; habes id ex *Dida-*
,, *ſcaliis*, & *Donati* Praefatione in hanc fabulam: Anno nimi-
,, rum ab Urbe cond. DXCIII.
,, Bis eodem die producta in ſcenam, tertium denique acta,
,, pretium octo millibus ſeſtertium numeratum eſt Poetae.
,, Adelphoe ſexta eſt Comoedia a Terentio facta, eaque edita
,, eſt Lucio Anicio, M. Cornelio Coſſ., hoc eſt Anno ab U. C.
,, DXCIV. Ludis funebribus L. Aemilii Pauli, ut habes in *Dida-*
,, *ſcaliis*. Iiſdem Ludis funebribus relata eſt Hecyra, ſed non
,, placuit, ut eſt in *Didaſcaliis*. Prius tamen in ſcenam produ-
,, cta eſt Hecyra quam Adelphoe, ut colligo ex *Donato*, qui
,, dicit: *& factam & editam quinto loco*. Male, ut audivimus:
,, niſi perinde habueris primam illius editionem, Cn. Octavio,
,, T. Manlio Coſſ. quaſi omnino edita non eſſet, quum neque ſpe-
,, ctata, neque acta tunc ſit: neque tum male dices quinto lo-
,, cô, cum producta eſt his Ludis Funebribus Aemilii Pauli
,, ante Adelphoe. Quare audiendus non eſt *Donatus*, qui eam
,, *ſecundo loco actam dicit, etiam tum rudi nomine Poetae; ita-*
,, *que ſic pronunciatum*, Adelphoe Terentii, *non* Terentii Adel-
,, phoe: *quod adhuc de fabulae magis nomine Poeta, quam de*
,, *Poetae nomine fabula commendaretur*. Quae futilis argumen-
,, tatio eſt: nam nulla fabularum Terentii pronunciata eſt Te-
,, rentii, exempli gratia, Phormio, Heautontimorumenos, ante-
,, quam tertium ederetur Eunuchus. Idque obſervat *Donatus*
,, Praefatione in Eunuchum, tertium editam fuiſſe poſt Adel-
,, phorum editionem.

Eam laudem hic ducit maximam, quum illis placet,
Qui vobis univerſis, & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſque tempore uſu' eſt ſine ſuperbia.

Dicitur autem, ſe levius defendiſſe, quia ſciebat, Laelio & Scipioni non ingratam eſſe hanc opinionem: quae tamen magis, & uſque ad poſteriora tempora valuit. Q. Memmius in Oratione pro ſe ait: *P. Africanus, qui a Terentio perſonam mutuatus, quae domi luſerat ipſe, nomine illius in ſcenam detulit.* Nepos auctore certo comperiſſe ſe, ait, C. Laelium quondam in Puteolano Kalendis Martiis admonitum ab uxore, temporius ut diſcumberet, petiiſſe ab ea, ne interpellaretur: ſerius tandem ingreſſum triclinium, dixiſſe, non ſaepe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi: deinde rogatum, ut ſcripta illa proferret, pronunciaſſe verſus, qui ſunt in Heautontimorumeno:

Sati' pol proterve me Syri promiſſa huc induxerunt.

Santra Terentium exiſtimat, ſi modo in ſcribendo adjutoribus indiguerit, non tam Scipione & Laelio uti potuiſſe, qui tunc adoleſcentuli fuere, quam Sulpitio Gallo, homine docto, & qui conſularibus ludis[a] initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone, & M. Popilio, conſulari utroque ac poeta: ideo ipſum non juvenes deſignaſſe, qui ſe adjuviſſe dicerentur: ſed viros, quorum operam & in bello, & in otio, & in negotio populus ſit expertus. Poſt editas Comoedias nondum quintum atque trigeſimum egreſſus annum, cauſſa evitandae opinionis, quia videbatur aliena pro ſuis edere, ſeu percipiendi Graecorum inſtituta moreſque, quos perinde exprimeret in ſcriptis, egreſſus urbe eſt, neque amplius rediit. De morte ejus Volcatius tradit:

Sed ut Afer ſex populo edidit Comoedias,
Iter hinc in Aſiam fecit; navim quum ſemel
Conſcendit, viſus nunquam eſt: ſic vitâ vacat.

Q. Conſetius redeuntem e Graecia periiſſe in mare dicit cum centum & octo fabulis converſis a Menandro. Caeteri, mortuum eſſe in Arcadiae Stymphalo, ſeu Leucadia, tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore Conſulibus, morbo impl ici-

(a) *Conſualibus ludis* legendum eſſe putat Muretus, *Cerealibus* Faber; nec improbo: Conſularium enim ludorum nullibi apud Scriptores rerum romanarum mentionem fieri legi: quamvis notum exploratumque ſit, ſolenne Romae Conſulibus fuiſſe, III. Nonas Januarias, poſtquam inierant magiſtratum, Circenſes celebrare. *Conſuales* a Conſo conſilii deo appellatos edidit Romulus, quaſi conſilium ab eo acceperit, Sabinarum virginum raptu uxores romanis comparandi; atque illuc ſpectare videtur Virgilius Aeneid. VIII. 635.

„ Nec procul hinc Romam, & raptas ſine more Sabinas,
„ Conſeſſu caváe magnis Circenſibus actis
„ Addiderat.

Videamus nunc, qua potiſsimum de cauſſa *Cerealia* Fabro ſatius arrideant. „ Mihi longe aptius videtur corrigere, *Cerealibus*, qui ludi in Circo celebrabantur magna & accuratiſſima „ pompa, iiſque Aediles praeerant. Adde quod haudquaquam veriſimile ſit, Fabulas datas non fuiſſe prius in ludis iſtis, quos „ Romanos vocat Muretus, imo, & contra facit Livius; at ego „ ſcio in Cerealibus ab initio non fuiſſe comoedias; quia ſcilicet ludi triſtiores erant; ſed poſt ſecundum bellum Punicum „ aliquid in iis mutatum fuiſſe, non ſine ratione ſuſpicari poſsis „ ex veteri hiſtoria.

plicitum, acri dolore ac taedio amiſſarum fabularum, quas in navi praemiſerat; ac ſimul fabularum, quas novas fecerat. Fuiſſe dicitur mediocri ſtatura, gracili corpore, colore fuſco. Reliquit filiam, quae Equiti Romano nupſit. Item hortulos ſex jugerum, via Appia, ad Martis Stillam; quo magis miror Porcium ſcribere:

Nil Publius
Scipio profuit, nihil & Laelius, nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut eſſet, quo referret obitum domini ſervulus.

Hunc Afranius quidem omnibus Comicis praefert, ſcribens in Compitalibus:

Terentio non ſimilem dices quempiam.

Volcatius autem non ſolum Naevio, & Plauto, & Caecilio, ſed Licinio quoque poſtponit. Cicero in Limone hactenus laudat:

Tu quoque, qui ſolus lecto ſermone Terenti,
Converſum expreſſumque latina voce Menandrum
In medio populi ſellatis vocibus effers,
Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Item C. Caeſar:

Tu quoque tu in ſummis, o dimidiate Menander,
Poneris, & merito, puri ſermonis amator.
Lenibus atque utinam ſcriptis adjuncta foret vis
Comica, ut aequato virtus polleret honore
Cum Graecis, neque in hac deſpectus parte jaceres.
Unum hoc maceror & doleo tibi deeſſe, Terenti.

Haec Svetonius Tranquillus: nam duos Terentios Poetas fuiſſe ſcribit Metius: quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo, alter Libertinus Terentius, Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidiſſe Terentium, Valgius in Actaeone ait:

Hae, quae vocantur fabulae, cujus ſunt?
Non has, qui jura populis recenſens dabat
Honore ſummo affectus, fecit fabulas?

Duae ab Apollodoro translatae eſſe dicuntur Comico, Phormio, & Hecyra; quatuor reliquae a Menandro: ex quibus magno ſucceſſu & pretio ſtetit Eunuchus: Hecyra ſaepe excluſa, vix acta eſt.

VETE-

VETERUM SCRIPTORUM
JUDICIA
DE P. TERENTIO AFRO.

M. TER. VARRO *apud* NONIUM.

IN argumentis Caecilius poſcit palmam; in Etheſin Terentius; in ſermonibus Plautus.

AFRANIUS *in Compitalibus*.

Terentio ſimilem non dices quemquam.

CICERO *de optimo genere Oratorum*.

In re quod optimum eſt, quaeritur: in hominibus dicitur, quod eſt. Itaque licet dicere, & Ennium ſummum Epicum Poetam, ſi cui ita videtur; & Pacuvium Tragicum; & Caecilium fortaſſe Comicum: Oratorem genere non divido: perfectum enim quaero. Unum eſt autem genus perfecti, a quo qui abſunt, non genere differunt, ut ab Attio Terentius: ſed in eodem non ſunt pares.

Et infra.

Iidem & Andriam, & Synephebos, nec minus Terentium & Caecilium, quam Menandrum legunt. Quod eſt igitur eorum in orationibus e Graeco converſis faſtidium, nullum quum ſit in verſibus?

Lib. VII. Epiſt. 3. ad Attic.

Sequutus ſum, non dico Caecilium, mane ut ex portu in Piraeum; (malus enim auctor latinitatis eſt) ſed Terentium: cujus Fabellae, propter elegantiam ſermonis, putabantur a C. Laelio ſcribi: Heri aliquot adoleſcentuli coiimus in Piraeum.

In Laelio ex perſona Laelii.

Verum eſt, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit: Et mox: in obſequio, quoniam Terentiano verbo libenter utor, comitas adſit.

Tuſcul. Quaeſt. Lib. 3.

Multa Terentius e Philoſophia ſumpſit.

Lib. I. de finibus.

An Synephebos ego potius Caecilii, aut Andriam Terentii, quam utramque Menandri legam?

In Limone.

Tu quoque, qui ſolus lecto ſermone, Terenti,
Converſum, expreſſumque latina voce Menandrum
In medio populi ſedatis vocibus effers,
Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

C. CAESAR.

Tu quoque, tu in ſummis, o dimidiate Menander,
Poneris, & merito puri ſermonis amator.
Lenibus atque utinam ſcriptis adjuncta foret vis
Comica, ut aequato virtus polleret honore
Cum Graecis, neque in hac deſpectus parte jaceres.
Unum hoc maceror, & doleo tibi deeſſe, Terenti.

HORATIUS *lib. Epiſt. ad Auguſtum*.

Ambigitur quoties, uter utro ſit prior; aufert
Pacuvius docti famam ſenis, Accius alti.
Dicitur Afrani toga conveniſſe Menandro;
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi,
Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte;
Hos ediſcit, & hos arcto ſtipata theatro
Spectat Roma frequens.

Quae quidem explicans Acron Caecilius enim, *ait*, vicit antiquiores, alta verba & ſonora ſuo in carmine ponere ſolitus. Terentius vero proprietate verborum, ſervatiſque grammaticae artis legibus, principatum inter omnes Comicos habere dicitur.

OVI-

OVIDIUS *lib. II. Triſtium*.

Nec liber indicium eſt animi; ſed honeſta voluntas
Plurima mulcendis auribus apta refert.
Accius eſſet atrox: conviva Terentius eſſet:
Eſſent pugnaces, qui fera bella canunt.

In Ibin.

Comicus, ut periit, liquidis dum nabat in undis!

VOLCATIUS SEDIGITUS.
Apud A. Gellium lib. XV. cap. 24.

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam Poetae comico cui deferant.
Eum, me judice, errorem diſſolvam tibi:
Ut contra ſiquis ſentiat, nihil ſentiat.
Caecilio palmam ſtatuo, & do comico.
Plautus ſecundus facile exſuperat caeteros:
Dein Naevius, qui fervet precium, tertiu' ſt.
Si erit, quod quarto, dabitur Licinio.
Poſt inſequi Licinium facio Atilium.
In ſexto ſequitur hos loco Terentius.
Turpilius ſeptimum, Trabea octavum obtinet.
Nono loco eſſe facile facio Lucium.
Decimum addo cauſa antiquitatis Ennium.

VELLEJUS PATERCULUS *Hiſt. lib. I.*

Nam niſi aſpera ac rudia repetas, & inventi laudanda nomine in Attio, circaque eum romana Tragoedia eſt, dulceſque latini leporis facetiae, per Caecilium, Terentiumque, & Afranium, ſub pari aetate floruerunt.

CORNELIUS NEPOS *apud* DONATUM.

Aequales Terentii Scipio, & Laelius. *Et*
Auctore certo comperi, C. Laelium quondam in Puteolano Kal. Martiis admonitum ab uxore, temporius ut diſcumberet, petiiſſe ab ea, ne interpellaretur: Serius tandem egreſſum triclinio dixiſſe, non ſaepe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi: deinde rogatum, ut ſcripta illa proferret, pronunciaſſe verſus, qui ſunt in Heauton.
Sati pol proterve me Syri verba huc induxerunt.

FAB. QUINTILIAN. *Inſtitut. Orat. lib. X. cap.* 3.

In Comoedia maxime claudicamus; licet Varro dicat, Muſas, Aelii Stolonis ſententia, Plautino ſermone loquuturas fuiſſe, ſi latine loqui vellent licet Caecilium Veteres laudibus efferant: licet Terentii ſcripta ad Scipionem Africanum referantur: quae tamen ſunt in hoc genere elegantiſſima, & plus adhuc habitura gratiae, ſi intra verſus trimetros ſtetiſſent.

Idem Declamat. IX. ſive Gladiator.

Terentium, quem inter caeteros captivos, ſecundo Punico bello, Scipio Africanus vinculis exſolverat, memoriae tradidere majores, inſigne receptae libertatis pileo teſtantem, in triumpho ducis eſſe conſpectum.

PLINIUS JUNIOR *lib. I. epiſt.* 16.

Legit mihi nuper Pompejus Saturninus epiſtolas, quas uxoris eſſe dicebat: Plautum, vel Terentium metro ſolutum legi credidi.

AGELLIUS *lib. VII. cap.* 14.

Vera autem, & propria hujuſmodi formarum exempla in latina lingua M. Varro eſſe dicit, ubertatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium.

Idem lib. XVII. cap. 21.

Neque magno intervallo poſtea Q. Ennius, & juxta Caecilius & Terentius, ac ſubinde Pacuvius: & Pacuvio jam ſene Accius, clariorque tunc in poematis eorum obtrectandis Lucilius fuit.

AUSONIUS *in Protreptico ad* AUSONIUM
Nepotem de ſtudio puerili.

Tu quoque qui Latium lecto ſermone, Terenti,
Comis & adſtricto percurris pulpita ſocco,
Ad nova vix memorem diverbia coge ſenectam

In Epiſtola ad URSULUM.

Protulit in Scenam quot dramata fabellarum,
Arcadiae medio qui jacet in gremio!

LACTANT. *de falſa ſap. cap.* 4.

Nemo poteſt de ſe recte judicare: quod nobilis

bilis Poeta teſtatur, ita enim comparatam eſſe hominum naturam, &c.

EUSEBIUS *in Chronico*.

Ptolemaei VI., id eſt Philometoris, regno deceſſit P. Terentius, quo tempore Ariſtarchus, Homericorum ille verſuum cenſor, floruit.

PAULUS OROSIUS *lib. IV. cap.* 19.

Scipio jam cognomento Africanus, triumphans urbem ingreſſus eſt, quem Terentius, qui poſtea Comicus, ex nobilibus Carthaginenſium captivis pileatus, quod indultae ſibi libertatis inſigne fuit, triumphantem poſt currum ſequutus eſt (a).

HIERON. *in Cronico Olymp.* 155. *ann.* 3.

P. Terentius Carthaginenſis Comoediarum ſcriptor, ob ingenium & formam libertate donatus, in Arcadia moritur: qui primum Andriam, antequam Aedilibus, Caecilio multum ſe miranti legit.

Idem de optimo genere interpretandi.

Terentius Menandrum, Plautus & Caecilius veteres Comicos interpretati ſunt: numquid haerent in verbis? at non decorem magis & elegantiam in translatione conſervant, quam veritatem interpretationis.

Idem ad Suniam & Fretellam.

Hanc eſſe regulam boni interpretis, ut idioma alterius linguae, ſuae linguae exprimat proprietate: quod quidem & Tullium in Protagora Platonis, & in Oeconomico Xenophontis, & in Demoſthenis contra Aeſchinem oratione feciſſe convincimus, & Plautum, Terentium, Caeciliumque eruditiſſimos viros in Graecis Comoediis transferendis.

Idem

(a) Licet Oroſii Terentium Culleonem cum P. Terentio Afro confundentis errorem detegerint non ſemel graviſſimi Scriptores aliqui; placuit tamen Franciſci Petrarchae eadem de re Diſſertatiunculam referre. Vulgavit jam alias Weſterhovius inter Prolegomena ad ſuam Terentii editionem, quam ſaepius laudavi. Ego vero e MS. Codice Bibliothecae Barberinae n. 1488. depromtam, & nonnihil a vulgata diſcrepantem ſubjicio.

„ De Terentii Vita in antiquis Libris multa reperiuntur, plu-
„ ra etiam in modernis ſcripta per varios Scholaſticos ignaros
„ rerum, eoque veris falſa miſcentes. Illud primum rei totius
„ ac maximum fundamentum multi ponunt, Carthaginenſem pa-
„ tria fuiſſe Terentium; quod haud dubie verum. Sic ιciam epi-
„ taphium ejus clare indicat: quamvis hoc ipſum quidam ne-
„ gent, ut inferius patebit. Caeterum & qui hoc dicunt, vero
„ huic falſum illud implicant: dicunt enim Scipione Romam
„ redeunte everſa Carthagine, & Hannibale interfecto, hunc Te-
„ rentium inter caeteros captivos ſolutum, & pileatum inceſſiſ-
„ ſe poſt triumphalem Scipionis currum: quae res multipliciter
„ a veritate ſemota eſt. Nam in primis Scipio Carthaginem qui-
„ dem vicit, & tributariam fecit: non evertit tamen ipſe Car-
„ thaginem, ſed Nepos ejus Africanus minor. Hannibalem prae-
„ terea bello vicit, fugavitque: ſed nequaquam interfecit; Nem-
„ pe qui victus iu Aſiam profugit, & ſub Antiocho rege Sy-
„ riae militans conſilio, atque opera ſua, & regis potentia no-
„ vum cum romanis denuo bellum geſſit: quae hiſtoria omni-
„ bus, qui in talibus ingenium exercent, planiſſime nota eſt. De-
„ inde Scipionis triumphantis currum non hic Terentius pilea-
„ tus proſequutus eſt; ſed alter hujus nominis romanus civis,
„ & ut Valerius Maximus teſtatur, praetoria familia ortus, &
„ inter paucos Senatorii ordinis ſplendidus: qui etiam poſt eo
„ tempore, ſcilicet quum Scipionis frater accuſatus eſt, Romae
„ Praeturam geſſit. Hic ergo triumphantis currum Scipionis
„ proſequutus eſt pileo capiti impoſito: quod donatae libertatis
„ ſignum erat. Quatuor millia ſiquidem romanorum civium,
„ *qui bello punico capti erant, & in ſervitutem redacti, vi-*
„ *ctor Scipio* (*haec verba deſiderantur in Codice Barberino*)
„ liberatos reduxit in patriam: inter quos fuit hic Terentius,
„ de quo dixi, vir tam memor accepti beneficii, tamque ſingu-
„ lariter in omnes gratus, ut per omnem vitam liberatorem
„ ſuum Scipionem omni obſequio, ac patrociniis debita vene-
„ ratione coluerit. Triumphi autem die poſt eum pileatus in-
„ ceſſit, hoc eſt Liberti habitu: quaſi per illius viri virtutem
„ ſe libertati redditum Populo Romano, pileo teſtante, denun-
„ cians. Quae omnia apud Titum Livium celeberrimum hiſtori-
„ cum nota ſunt. Sed minus miror, Scholaſticos hoc errore de-
„ ceptos, quum Paulus Oroſius hoc ſcripſerit: de quo admodum
„ mirarer, niſi quod interdum magna quandoque ingenia *& in*
„ *multis occupata, & inter difficultates erecta, equorum inſtar*
„ (*deſunt in Codice Barberino*) propter incautam ſecuritatem
„ in plano ceſpitant. Identitas nominis, ni fallor, errorem fe-
„ cit, quia ſcilicet uterque Terentius. Sed circumſpectus homo
„ non vidit, quod ſe oculis ingerebat. In primis diverſitatem
„ cognominum, quae ad diſcretionem nominum ſunt inventa:
„ quum ſcilicet ille Terentius Culleo, hic Terentius Afer, ut
„ tituli hujus Operis indicant: ille Romanus; iſte Carthaginen-
„ ſis: ille e ſervitute in libertatem; iſte autem e contra e li-
„ bertate in ſervitutem ductus: ille Senator; hic Poeta: ille
„ jam ſenior; hic puer eo tempore *quo a romanis ducibus captus*
„ *eſt: in qua captivitate* (*haec quoque deerant*) propter ele-
„ gantiam morum ad magnorum virorum venit amicitias; utque
„ ait Euſebius libro de temporibus, ob ingenium & formam li-
„ bertate donatus. Inter tot ergo diverſitates fallere una non
„ debuiſſet identidas. Hic ſane Terentius, de quo agimus, in
„ principio ſervitutis ſuae fertur, a Terentio quodam Lucano
„ emptus, a quo & nomen ipſum potuit fortaſſis accipere, ali-
„ ter ante dictus apud ſuos: de hoc tamen praeter conjecturam
„ nihil habeo &c.

Idem ad Paulinum.

Habet unumquodque propoſitum principes ſuos. Romani duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones: Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtotelem: Poetae aemulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium.

SIDONIUS APOLLINAR. *Carm. XX.*

Quid vos eloquii canam latini,
Arpinas, Patavine Mantuane,
Et te, Comica qui doces, Terenti,
Et te, tempore qui ſatus ſevero,
Grajos, Plaute, ſales lepore tranſis?

RUFINUS GRAMMATICUS *Antiochenſis.*

Agnovit metrum, ſervatque Terentius artem;
Nam prologos trimetro didicit componere verſu,
Scenarumque Actus primos pede claudit eodem.

SERVIUS *in illud lib. I. Aeneid.* Talibus incuſat.


Sciendum eſt, Terentium, propter ſolam proprietatem, omnibus Comicis eſſe praepoſitum, quibus eſt, quantum ad caetera ſpectat, inferior.

FL. SOSIPATER CHARISIUS *lib. II.*

Ἤθη, ut ait Varro de latino ſermone lib. V. nulli alii ſervare convenit, quam Titinnio, & Terentio. Πάθη vero Trabea, inquit, & Atilius, & Caecilius facile moverant.

ISIDOR. *Origin. lib. I. cap. 39.*

Fabulas Poetae quaſdam delectandi cauſſa finxerunt, quaſdam ad naturas rerum, nonnullas ad mores hominum intepretati ſunt. Delectandi cauſſa fictas, ut eas quas vulgo dicunt, vel quas Plautus, & Terentius compoſuerunt.



P. TEREN-

P. TERENTII

ANDRIA.

ACTA [1]. LVDIS . MEGALENSIBVS
M. FVLVIO . ET . M. GLABRIONE
AEDILIBVS . CVRVLIBVS
EGERVNT
L. AMBIVIVS . TVRPIO . L. ATTILIVS . PRAENESTINVS
MODOS . FECIT . FLACCVS . CLAVDII . F. *
TIBIIS . PARIBVS . DEXTRIS . ET . SINISTRIS **
ET . EST . TOTA . GRAECA
EDITA . M. MARCELLO . C. SVLPICIO . COSS. ***

1 In Codice Vaticanae Bibliothecae ſignato n. 3868. quo uſi ſumus in Collationibus Andriae ad textum Danielis Heinſii, nihil hujuſmodi legitur ; quamvis ſequentibus Comoediis chronologicae hujus generis notae praepoſitae ſint , ut infra patebit.

* Aſſerit Joanna Daceria, Flaccum fuiſſe Claudii Libertum ; quod unde hauſerit, minimè divinaverim, ipſa tacente. Quod ſi cuiquam adriſerit, legendum foret FLACCVS CLAVDII L.

** Nicolaus Camus legit TIBIIS PARIBVS ET IMPARIBVS DEXTRIS ET SINISTRIS: quod tamen in nullo ex iis, quos vidi Codices (vidi autem bene multos) legi: niſi conjicere hinc velimus, Tibias pares fuiſſe dextras, impares verò ſiniſtras, quod innuimus in Praefatione, docentque gemmae nonnullae annulares.

*** Putant plerique cum Minellio, Conſulatum M. Marcelli, & C. Sulpicii incidiſſe in annum ab Urbe condita IↃLXXXVII. ante Chriſtum natum CLXII. In editione Pariſienſi ad uſum Delphini, quae publici juris facta eſt anno 1675. legitur AB URBE CONDITA DCLXXXVII., quod tamen oſcitantia Typographi factum puto, qui loco IↃ, prout quingenteſimus numerus antiquo Romanorum more indicari ſolebat, poſuit DC.

PERSONAE.	PERSONAGGI.
PROLOGUS.	PROLOGO.
SIMO Senex.	SIMONE Padre di Panfilo.
SOSIA Libertus.	SOSIA Liberto di Simone.
DAVUS Servus.	DAVO Servitore di Panfilo.
MYSIS Ancilla.	MISI Serva di Glicerio.
PAMPHILUS Adoleſcens.	PANFILO Figlio di Simone, e Amante di Glicerio.
CHARINUS Adoleſcens.	CARINO Amante di Filumena.
BYRRHIA Servus.	BIRRIA Servitore di Carino.
LESBIA Obſtetrix.	LESBIA Levatrice.
GLYCERIUM, aliàs PASIBULA, Chremetis Filia.	GLICERIO detta altrimente PASIBULA Figlia di Cremete.
CHREMES Senex.	CREMETE Padre di Glicerio, e di Filumena.
CRITO Hoſpes Andrius.	CRITONE dall' Iſola d'Andro.
DROMO Servus Lorarius.	DROMONE Servitore di Simone.
Perſonae mutae.	*Perſonaggi, che non parlano.*
ARCHILLIS Ancilla.	ARCHILLIDE Cuſtode di Glicerio.
CHRYSIS Meretrix.	CRISI Meretrice.
NICERATUS Adoleſcens.	NICERATO Giovine.

EXPOSITIO NOMINUM

INTERLOQUUTORUM, ET PERSONARUM.

SIMO Senex ἀπὸ τȣ̃ σιμȣ̃ a naſo ſimo, qui nimirum eſt preſſis naribus, Italice *Schiacciato*.

SOSIA Libertus ἀπὸ τȣ̃ σώζεσθαι a conſervatione, & ſalute.

DAVUS Servus, nomen gentile a Δαοῖς gente ſervili.

MYSIS Ancilla, etiam gentile.

PAMPHILUS Adoleſcens ἢ πασὶ φιλός τίς ὢν, ἢ πάντας φιλῶν, ideſt omnibus carus, amabilis, aut omnium amicus, adverſus nemini.

CHARINUS Adoleſcens, gratioſum nomen ἀπὸ τῆς χάριτος.

BYRRHIA Servus, ideſt rubeus, ſeu rubicundus πυῤῥὸς mutato π in β.

LESBIA Obſtetrix, gentile.

GLYCERIUM Chremetis filia ἀπὸ τῆς γλυκέρας ita appellata a dulcedine.

CHREMES Senex vel a χρεμήτεσθαι, quod eſt enixe expuere: vel potius a χρεμετίζω hinnio, quod eſt proprium vocis equorum. Athenienſes enim equis alendis delectabantur.

CRITO Hoſpes ἀπὸ τȣ̃ κριτȣ̃.

DROMO Servus ἀπὸ τȣ̃ δρόμου.

ARGUMENTUM

C. SULPICIO APOLLINARI [1]

AUCTORE.

SOrorem falſo creditam meretriculae,
Genere Andriæ, Glycerium vitiat Pamphilus:
Gravidaque facta, dat fidem, uxorem ſibi
Fore hanc: nam aliam pater ei deſponderat
Gnatam Chremetis: atque ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens, ſuus
Quid haberet animi filius, cognoſcere.
Davi ſuaſu non repugnat Pamphilus:
Sed ex Glycerio [2] natum ut vidit puerulum
Chremes, recuſat nuptias [3]; generum abdicat:
Mox filiam Glycerium inſperato agnitam
Dat Pamphilo hanc [4], aliam Charino Conjugem.


VARIANTES LECTIONES

1 Deeſt in Cod. Vatic. 2 Sed Glycerio natum. 3 Nubtias. 4 Hanc Pamphilo dat.

ARGOMENTO.

DElla Glicerio innamorato Panfilo
Seco impaccioſſi, e ne divenne gravida:
Creduta era Sirocchia della Criſide:
La qual Criſide fu di biaſimevole,
E triſto nome, foreſtiera, e povera;
Ma falſamente, perchè ella era d' Andrio.
Ora fede a lei diè di matrimonio
Panfilo, ancorchè dal paterno imperio
Foſſe coſtretto a un altro ſpoſalizio
Della figliuola cittadina, ed unica
D' un tal Cremete. Ma ſul bel principio
Queſti Sponſali ſtavanſi per aria:
E in tanto il Padre a ſimulargli induſſeſi;
In quanto volle per tal via comprendere,
Qual foſſe il cuore dell' amante Panfilo.
E mercè de' conſigli del furbiſſimo
Davo, a tai nozze condeſceſe Panfilo.
Ma veduto Cremete, come il Genero
Avuto un figlio avea della Glicerio;
Rompe con eſſo lui le ferme, e ſtabili
Nozze. Quando ecco d' improvviſo gaudio
Tutti quanti ſi vedono riempiere:
Perchè Cremete la figlia Paſibula,
Che preſo aveva il nome di Glicerio,
E che già pianſe morta, al fin riſorgere
Si vede: e ſeco ſi congiunge Panfilo
Suo fido amante: e con Carino ammogliaſi
La Filumena Suora di Paſibula.

La Scena ſi rappreſenta in Atene.



Ter. Andria

PROLOGUS

Fig. II.



* POeta cum primum animum ad ſcribendum appulit,
Id ſibi negoti [1] credidit ſolum dari,
Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas.
Verum aliter evenire multo intellegit:
Nam in prologis ſcribundis operam [2] abutitur,
Non qui argumentum narret, ſed qui malevoli [3]
Veteris poetae maledictis reſpondeat.
Nunc, quam rem vitio dent, quaeſo animum advortite.
Menander fecit Andriam & Perinthiam.

Qui

VARIANTES LECTIONES

1 Negotii. 2 opera. 3 malivoli.

NOn sì toſto il Poeta ebbe nell' animo
Di far Commedie, che ſol deſſi a credere,
Che baſtaſſe far sì, ch' elle piaceſſero.
Ma s' avvede or, che di gran lunga ingannaſi:
Poichè conviengli conſumare i Prologhi
Non per dir l' argomento della favola,
Ma ſolo per riſpondere alle ingiurie
D' un antico Poeta, aſpro, e malevolo.
Quindi or vi prega udir, quali elle ſieno.
Menandro fè già l' Andria, e la Perintia.

Chi

NOTAE

* Scabillarium, quo de mentionem fecimus in Praefatione, ubi de inſtrumentis muſicalibus diſſeruimus, aſſervatum in Muſaeo Cl. V. Simonis Ballerini, hic cernis eleganti coelatura inſculptum. Mirabile profectò opus, quod tibias pares exhibet, & ſi cetera ſedulo ſcrutaberis, perrarum confitebere. Quum enim plurima hujuſce generis antiqua Monumenta diligentiſſime inſpexerimus, nullibi ſimile adinvenire conceſſum eſt. Illud itaque explicare ſategimus in Praefatione, quam noſtro huic praepoſuimus labori, ſtudioſoque Lectori hìc ob oculos ponendum decrevimus.

Qui utramvis recte norit, ambas noverit:
Non ita ſunt diſſimili [1] argumento, ſed tamen
Diſſimili oratione ſunt factae ac ſtylo.
Quae convenire, in Andriam ex Perinthia
Fatetur tranſtuliſſe [2], atque uſum pro ſuis.
Iſti id [3] vituperant factum, atque in eo diſputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt nae [4], intellegendo ut nihil intellegant.
Qui cum hunc accuſant; Naevium, Plautum, Ennium
Accuſant, quos hic noſter auctores habet;
Quorum aemulari exoptat neglegentiam,
Potius quam iſtorum obſcuram diligentiam.
Dehinc ut quieſcant porro, moneo, & deſinant
Maledicere, malefacta ne noſcant ſua.
Favete, adeſte aequo animo, & rem cognoſcite,
Ut pernoſcatis, ecquid ſpei ſit relliquum [5],
Poſthac quas faciet de integro comoedias,
Spectandae, an exigendae ſint vobis prius [6].

VARIANTES LECTIONES

1 diſſimile ſunt. 2 tranſtulliſſe. 3 Id iſti vituperant. 4 ne. 5 reliquum. 6 In Codice eodem omnino modo ſingula Prologi diſtinguuntur carmina; reliqua vero ita ſcripta ſunt, ut ſolutae convenit orationi.

Chi l' una di eſſe potè ben conoſcere,
Le conobbe ambedue: che non diſſimile
Han l' argumento, ancorchè molto varia
Siano nelle parole, e ſien nell' ordine.
Tutto quello, che parve convenevole
Al Poeta di torre alla Perintia,
E inſerirlo nell' Andria, il tolſe, e dicelo,
E volle uſarlo, come coſa propria.
Ora i contrarj ſuoi di ciò lo biaſmano,
E dicono, eſſer coſa affatto illecita
In modo tal contaminar le favole.
Ma nel fare i ſaputi non s' avvedono,
Che moſtrano a ciaſcun di nulla intendere:
Poichè con eſſo pazzamente accuſano
E Nevio, e Plauto, ed Ennio, che per regola,
E per ſuoi maſtri l' Autor propoſeſi,
De' quai qual ſi ſia la traſcuraggine,
D' imitare piuttoſto egli deſidera,
Che di coſtor l' oſcura diligenzia.
Di poi io gli avvertiſco, che s' acchetino,
E laſcin di dir male, ſe non vogliono,
Che i falli loro ſien moſtrati al pubblico.
Favoritelo voi, e con giuſto animo
Peſate ben la coſa per conoſcere
Da queſta, che ſi poſſa egli promettere
Dell' altre, che di nuovo ei far proponeſi,
Se la pubblica luce eſſe ſi mertino,
Ovveramente rigettar ſi debbano.

P. TERENTII
ANDRIA.

Ter. Andr. Fig. III.



Actus I. Scena I.

* VOS iſthaec intro auferte : abite. Soſia
Ades dum: paucis te volo. *Soſ.* Dictum puta:
Nempe ut curentur recte haec. *Sim.* Imo [1]. *Soſ.* Quid eſt,
Quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?
Sim. Nihil iſthac [2] opus eſt arte ad hanc rem, quam paro:
Sed iis, quas ſemper in te intellexi ſitas,
Fide & taciturnitate. *Soſ.* Expecto, quid velis. *Sim.* Ego

VARIANTES LECTIONES

1 Immo. 2 iſtac.

Simone Vecchio, e Soſia Liberto.

Sim. *Coteſte coſe voi portate dentro:*
Indi partite. Tu Soſia rimani,
Che ti voglio parlare. Soſ. *Io già t' ho inteſo:*
Cioè, che io badi bene a queſte robbe.

Sim. *Anzi tutto altro.* Soſ. *E che mai far ti puote,*
Da queſto in fuora, l'arte mia? Sim. *Non cerco*
Di coteſt' arte tua per quel, che or penſo,
Ma di quella, che ſempre in te conobbi,
Fede, e ſilenzio. Soſ. *Aſpetto ciò che vuoi.*
Sim. *Da-*

NOTAE

* In Puero, quem initialis haec Litera praeſefert, exhibetur Statua e pario marmore in Muſaeo Capitolino adſervata. Ejus meminimus Tom. I. pag. 382. Operis, quod inſcribitur *Roma antica e moderna*, quod pluribus in locis auctum publici juris fecimus anno 1765. tribus voluminibus in 8. Ibi praeter quamplurima eruditis Viris, & Antiquitatis Studioſis perutilia, ſingula quoque ejuſdem Muſaei Monumenta eo prorſus ordine deſcripſimus, quo ſunt poſita. Porrò Statua haec non ex lapide, ſed ex carne facta videtur. Puer hilari vultu pelli inſidet caprinae, refertque fortaſſe Jocum, qui Comoedias inter ſolebat exhiberi, barbati Silvani Larvam manibus arreptam capiti detrahentem. Nonnulla nos de Joco in Praefatione indicavimus.

Sim. Ego poſtquam te emi a parvulo [1], ut ſemper tibi
Apud me juſta & clemens fuerit ſervitus,
Scis: feci, e ſervo ut eſſes libertus mihi,
Propterea quod ſerviebas liberaliter.
Quod habui ſummum pretium, perſolvi tibi.
Soſ. In memoria habeo. *Sim.* Haud muto factum. *Soſ.* Gaudeo,
Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat, Simo; &
Id gratum fuiſſe advorſum te [2], habeo gratiam.
Sed mi hoc moleſtum eſt [3]: nam iſthaec commemoratio
Quaſi exprobratio eſt immemoris benefici [4].
Quin tu uno verbo dic, quid eſt, quod [5] me velis.
Sim. Ita faciam. Hoc primum in hac re praedico tibi;
Quas credis eſſe has, non ſunt verae nuptiae.
Soſ. Cur ſimulas igitur? *Sim.* Rem omnem a principio audies:
Eo pacto & gnati vitam, & conſilium meum
Cognoſces, & quid facere in hac re te velim.
Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis, Soſia,
Liberius vivendi fuit poteſtas: nam antea
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum aetas, metus, magiſter prohibebant? *Soſ.* Ita eſt.
Sim. Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli [6],
Ut animum ad aliquod ſtudium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad Philoſophos:

Horum

VARIANTES LECTIONES

1 parvolo. 2 adverſum te. 3 Sed hoc mihi moleſtum eſt. 4 beneficii. 5 quid. 6 aduleſcentuli.

Sim. *Dapoichè da fanciullo io ti comprai,*
Sai pur, ſe fui padron dolce, e diſcreto:
Imperocchè di ſervo, che tu m' eri,
Mercè del buon ſervir, ti feci libero,
Favor, che ogn'altro gran favore avanza.
Soſ. *Me ne ricordo.* Sim. *Ed io non me ne pento.*
Soſ. *Ed io ne godo: e ſe quello, che ho fatto,*
E fo, Simone, tu il gradiſci; rendo
A te grazie di queſto: ma ben duolmi,
Che tu me lo ricordi, perchè pare,
Che una tal ricordanza altro non ſia,
Che quaſi il dirmi, che un ingrato io ſono:
Però dì ciò, che vuoi, sbrigatamente.
Sim. *Così far voglio. Orsù nel primo luogo*
Hai da ſaper, che queſte, che tu vere
Eſſer ti credi, non ſon nozze vere.
Soſ. *Ed a qual fine?* Sim. *Il tutto da principio*
Io narrerotti, o Soſia: e in queſto modo
Saprai la vita del mio figlio, e inſieme
L' animo mio, e quel, che far tu dei.
Dunque il mio figlio, dopo ch' egli uſcio
Dagli anni fanciulleſchi; egli ebbe ancora
Modo da viver più liberamente:
Onde l' indole ſua mi ſi ſcoperſe,
La qual pria non potevaſi conoſcere,
Che l' etade, il timore, ed il maeſtro
Tenevano celata. Soſ. *Tanto accade.*
Sim. *Ora ſiccome gli altri giovanetti,*
Che danſi a qualche ſtudio, o di Cavalli,
O di Cani da caccia, o pur d' andare

A queſto

Horum ille nihil egregie praeter cetera
Studebat; & tamen omnia haec mediocriter.
Gaudebam. *Soſ.* Non injuria: nam id arbitror
Adprime [1] in vita eſſe utile, ut ne quid nimis.
Sim. Sic vita erat: facile omneis perferre, ac pati;
Cum quibus erat cumque una, iis [2] ſeſe dedere;
Eorum obſequi ſtudiis; advorſus [3] nemini;
Nunquam praeponens ſe aliis. ita facillime [4]
Sine invidia invenias laudem [5], & amicos pares.
Soſ. Sapienter vitam inſtituit: namque hoc tempore
Obſequium amicos, veritas odium parit.
Sim. Interea mulier quædam abhinc triennium
Ex Andro commigravit huc viciniae [6],
Inopia & cognatorum neglegentia
Coacta, egregia forma, atque aetate integra.
Soſ. Hei vereor, ne quid Andria adportet mali.
Sim. Primum haec pudice vitam, parce, ac duriter
Agebat, lana ac tela [7] victum quaeritans:
Sed poſtquam amans acceſſit, pretium [8] pollicens,
Unus, & item alter; ita ut ingenium eſt omnium
Hominum a labore [9] proclive ad lubidinem;

Acce-

VARIANTES LECTIONES

1 Adprima. 2 his. 3 adverſus.
4 illis, itaut facillime &c. 5 laudem invenias. 6 huic viciniae.
7 lana & tela. 8 precium. 9 ab labore.

A queſto, o a quel Filoſofo; neſſuna
Egli di queſte coſe egregiamente
Appreſe; ma però di tutte n' era
Mezzanamente inſtrutto, ed io godeane.
Soſ. *E con ragion, perchè ſon di parere,*
Che utiliſſimo ſia in queſta vita
Il guardarſi dal troppo. Sim. *Suo coſtume*
Quindi era, dolcemente ſopportare
Quelli, co' quali uſava, e a tutti arrenderſi,
Secondare i lor genj, ed a niuno
Diſdir, ne ſopraſtare agli altri, in modo
Che trovò facilmente
Senza invidia la lode, e amici eguali.
Soſ. *Ben fa così vivendo; che oggi giorno*
L' oſſequio fa gli amici,
La verità i nemici.
Sim. *Or odi: una tal donna in queſto mentre,*
Tre anni ſono, quà venne da Andro
Da povertà coſtretta, e traſcuraggine
De' ſuoi parenti, aſſai bella di volto,
E d' un età, che appunto era ſul fiore.
Soſ. *Aimè che io temo, che coſtei da Andro*
Qualche mal non ci apporti. Sim. *Sul principio*
Menava ella una vita e parca, e dura,
Ma piena d' oneſtà; poichè per vivere
O filava le lane, o pur teſſeva:
Ma poichè or uno, ed ora un altro amante
Le ſi appreſsò, e le promiſe argento,
Siccome ſdrucciolar ſogliamo tutti
Dalla fatica al dolce del piacere,

Strinſe

Accepit conditionem [1], dein quaeſtum occipit.
Qui tum illam amabant, forte, ita ut fit, filium
Perduxere illuc ſecum, ut una eſſet, meum.
Egomet continuo mecum: certe captus eſt:
Habet. Obſervabam mane illorum ſervulos
Venienteis, aut abeunteis [2]: rogitabam, heus puer,
Dic ſodes, quis heri Chryſidem habuit? nam Andriae
Illi id erat nomen. *Soſ.* Teneo. *Sim.* Phaedrum, aut Cliniam
Dicebant, aut Niceratum: nam hi tres tum ſimul
Amabant: Eho, quid Pamphilus? Quid? Symbolam
Dedit, coenavit [3]. Gaudebam. Item alio die
Quaerebam: comperiebam, nihil ad Pamphilum
Quidquam [4] attinere: enim vero ſpectatum ſatis
Putabam, & magnum exemplum continentiae:
Nam qui cum ingeniis conflictatur ejuſmodi,
Neque commovetur animus in ea re, ſcias
Tum jam ipſum habere poſſe [5] ſuae vitae modum.
Cum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.
Quid verbis opus eſt? hac fama impulſus Chremes
Ultro ad me venit, unicam gnatam ſuam

Cum

VARIANTES LECTIONES

1 condicionem. 2 Venientis aut abeuntis. 3 cenavit.
4 Quicquam 5 Tamen ſcias poſſe habere jam ipſum.

Strinſe il partito, e dieſſi a un reo guadagno.
Quindi gli amanti ſuoi, conforme accade,
Vi conducean con loro anco il mio figlio.
Onde io ſempre fra me dicea; ſicuro
N' è divenuto il cattivello amante.
Perlochè mi poneva aſſai per tempo
I Servi ad oſſervare, i quai o tornavano
Di caſa della Donna, o ver n' uſciano;
E pregando, io diceva, olà fanciullo,
Dimmi ſe pur t' aggrada, chi fu quegli
Che jeri ſi godèo la bella Criſide?
Che della Donna d' Andro il nome è queſto.
Sof. *Intendo molto bene.*
Sim. *Ed ei mi riſpondeva, o Fedro, o Clinia,*
Ovvero Nicerato,
Che inſieme tutti e tre allor l' amavano.
E Panfilo che fà? che? ripigliavano;
Pagato ha la ſua parte della Cena,
Cenato ha co' Compagni: ed io godeane.
E così ricercando gli altri giorni,
Ritrovava, che nulla apparteneva
Di queſta donna a Panfilo, e il credea
Un eſempio ben grande, ed ammirando
Di continenza: perciocchè chi tratta
Con gente donnajola, e non s' effemina,
Ben ſi può dir, ch' egli è di ſe padrone.
Or queſto a me piaceva, e ancor per queſto
Benediceami ogn' uno, e mi chiamava
Beato per avere un tal figliuolo.
Ma che più ragiono io? Da queſta fama
Spinto venne a trovarmi di ſua voglia
Cremete, e s' offerì di dare in moglie

L' un

Cum dote ſumma filio uxorem ut daret.
Placuit: deſpondi: hic nuptiis dictus eſt dies.
Soſ. Quid obſtat, cur non verae fiant? *Sim.* Audies.
Fere in diebus paucis, quibus haec acta ſunt,
Chryſis vicina haec moritur. *Soſ.* O factum bene!
Beaſti: heu [1]! metui a Chryſide. *Sim.* Ibi tum filius
Cum illis, qui amabant Chryſidem, una aderat frequens;
Curabat una funus: triſtis interim,
Nonnunquam conlacrumabat [2]: placuit tum id mihi.
Sic cogitabam: hem [3], hic parvae conſuetudinis
Cauſſa mortem hujus [4] tam fert familiariter:
Quid, ſi ipſe amaſſet? Quid mihi hic [5] faciet patri?
Haec ego putabam eſſe omnia humani ingeni [6],
Manſuetique animi officia. quid multis moror?
Egomet quoque ejus cauſſa in funus prodeo
Nihil ſuſpicans etiam mali. *Soſ.* Hem, quid eſt? *Sim.* Scies.
Effertur [7]: imus: interea inter mulieres,
Quae ibi aderant, forte unam adoleſcentulam [8],
Forma. *Soſ.* Bona fortaſſe. *Sim.* Et voltu, Soſia,
Adeo modeſto, adeo venuſto, ut nihil ſupra.
Quia tum mihi lamentari praeter ceteras
Viſa

VARIANTES LECTIONES

1 heu. *Deeſt in Cod., prout etiam in editione ad uſum Delphini.* 2 conlacrimabat. *Sic legit quoque Camus.*
3 hem. *Deeſt in Cod., & in editione Camuſiana.* 4 hujus mortem. 5 hic mihi.
6 ingenii. 7 Ecfertur. 8 aſpicio aduleſcentulam.

L' unica figlia ſua con ricca dote
A Panfilo mio figlio.
Mi piacque tale offerta, e l' accettai,
E queſto dì fermoſſi per le nozze.
Soſ. *Che dunque s' attraverſa, onde non faccianſi?*
Sim. *Or l' udirai. Ne' pochi giorni avvenne,*
Ne' quali furon fatte queſte coſe,
Che Criſide morìo. Soſ. *Oh buona coſa:*
M' ha colmo di piacer nuova sì grata;
Cotanto temett' io di queſta Criſide!
Sim. *Quivi il mio figlio inſieme allor con quelli,*
Che amavano la Criſide, ben ſpeſſo
Si ritrovava, ed accudìa con eſſi
Al funerale, e meſto alcuna volta
Verſava delle lagrime, e quel pianto
Di piacer m' era: e sì tra me dicea:
Queſti, mercè che l' ha trattata un poco,
Sente sì la ſua morte? o che farebbe
S' egli l' aveſſe amata? e in quali ſmanie
Ei non darà per me, che ſon ſuo Padre?
Così mi credeva io, che queſte coſe
Foſſero ſegni d' indole amoroſa,
E d' animo benigno.
Che più? per ſua cagione io ſteſſo vonne
Al funeral, nulla penſando a male.
Soſ. *E che mal ci è!* Sim. *Aſcoltami: è condotta*
La donna morta, e noi l' accompagnamo.
In queſto mentre io veggio tra le donne,
Ch' erano lì preſenti, una donzella
Della perſona... Soſ. *Bella forſe?* Sim. *E come!*
Anzi, Soſia, d' un volto
Così modeſto, e così grazioſo,
Che nulla più; onde io, poichè fra l' altre
La vidi più dolerſi, e poichè ancora
Vie più

Viſa eſt: & quia erat forma praeter ceteras
Honeſta, & [1] liberali, accedo ad pediſſequas;
Quae ſit, rogo: ſororem eſſe ajunt Chryſidis.
Percuſſit illico [2] animum: at at, hoc illud eſt,
Hinc illae lacrumae, haec illa eſt miſericordia.
Soſ. Quam timeo, quorſum evadas! *Sim.* Funus interim
Procedit: ſequimur: ad ſepulcrum venimus.
In ignem impoſita [3] eſt: fletur. Interea haec ſoror,
Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius
Sati' cum periculo: ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene diſſimulatum amorem & celatum indicat:
Accurrit: mediam mulierem complectitur:
Mea Glycerium, inquit, quid agis? Cur te is perditum?
Tum illa, ut conſuetum facile amorem cerneres,
Rejecit ſe in eum flens quam familiariter.
Soſ. Quid ais? *Sim.* Redeo inde iratus, atque aegre ferens.
Nec ſatis ad objurgandum cauſſae: diceret,
Quid feci? quid commerui, aut peccavi pater?
Quae ſeſe voluit in ignem injicere [4], prohibui,
Servavi: honeſta oratio eſt. *Soſ.* Recte putas:
Nam ſi illum objurges, vitae qui auxilium tulit,

Quid

VARIANTES LECTIONES

1 ac. 2 ilico. 3 In ignem poſita eſt. *Sic legit quoque Camus.* 4 Quae ſeſe in ignem inicere voluit.

Vie più bella tra l' altre eſſa appariva;
All' ancelle m' accoſto, e lor dimando,
Chi ſia la giovanetta; e m' è riſpoſto,
Che della morta Criſide è ſorella.
Tal riſpoſta mi diè ſubito al cuore,
Ed ah, sì sì, diſs' io di quà vien tutto,
Di quà nacquero i pianti, e la pietade
Del mio figliuolo.
Soſ. *Quanto ho timor, dove abbia a riuſcire!*
Sim. *Segue la bara intanto, e noi d' appreſſo*
Le ſiamo ſempre: al ſepolcro ſi giunſe;
Indi ſul rogo adattaſi, e ſi piange.
La Suora, che t' ho detto, in queſto mentre
S' accoſtò pazzamente a quelle fiamme,
E con periglio aſſài. Panfilo allora
Morto di duol, l' aſcoſo amor paleſa,
E corſe a lei, e preſala in cintura,
Diſſe, o Glicerio mia, che è quel, che fai?
Perchè corri alla morte? Allora quella
Sopra di lui s' abbandonò piangendo
Con tal domeſtichezza, che vedeanſi
Facilmente le loro antiche fiamme.
Soſ. *Che è quello, che narri?* Sim. *Irato io parto:*
E ciò mal volentier benchè io ſoffriſſi,
Pur non ſtimai d' aver cagion baſtante
Da ſgridarlo: perchè m' avrebbe detto,
Che male ho fatto, e in che peccai, o Padre?
Se non fu colpa il proibire a quella
Il gettarſi nel fuoco, e trattenerla
In vita. Favellar pien di ragione.
Soſ. *Giuſtamente tu penſi: che ſe gridi*
Colui, che dona all' altrui vita ajuto,

Che

Quid ſacias illi, qui dederit damnum, aut malum?
Sim. Venit Chremes poſtridie ad me clamitans,
Indignum facinus, comperiſſe Pamphilum
Pro uxore habere hanc peregrinam. Ego illud ſedulo
Negare factum: ille inſtat factum: denique
Ita tum diſcedo ab illo, ut qui ſe filiam
Neget daturum. *Soſ.* Non tu ibi gnatum? *Sim.* Ne haec quidem
Sati'[1] vehemens cauſſa ad objurgandum. *Soſ.* Qui, cedo?
Sim. Tute ipſe his rebus finem praeſcripſti[2], pater:
Prope adeſt, cum alieno more vivendum eſt mihi;
Sine, nunc meo me vivere interea modo.
Soſ. Quis igitur relictus eſt objurgandi locus?
Sim. Si propter amorem uxorem nolit ducere;
Ea primum ab illo animadvertenda injuria eſt.
Et nunc id operam do, ut per falſas nuptias
Vera objurgandi cauſſa ſit, ſi deneget:
Simul, ſceleratus Davus ſi quid conſili[3]
Habet, ut conſumat nunc, cum nihil obſint doli:
Quem ego credo manibus pedibuſque obnixe omnia
Facturum: magis id adeo, mihi ut incommodet,
Quam ut obſequatur gnato. *Soſ.* Quapropter? *Sim.* Rogas?
Mala mens, malus animus. Quem quidem ego ſi ſenſero......

Sed

VARIANTES LECTIONES

1 Satis. 2 praeſcribſti. 3 conſilii.

Che farai a colui, che danno faccia?
Sim. *Il giorno dopo venne a me Cremete*
Strepitando, perchè ſcoperto avea,
(O fatto pien d' infamia!)
Che donna foraſtiera era conſorte
Di Panfilo. Io negai toſto un tal fatto;
Ei maggiormente inſtava. Alla per fine
Io parto, e laſcio lui, che più non vuole
Dare al mio figlio la promeſſa figlia.
Sof. *Ne tu Panfilo allora...* Sim. *Ne men queſto*
Mi parve da riprenderlo baſtante.
Sof. *E perchè nò?*
Sim. *Perchè m' avrebbe detto,*
Tu ſteſſo hai poſto a queſte coſe il fine:
Troppo vicino è il tempo, dentro il quale
Dovrò menar mia vita a voglia altrui;
Laſcia dunque, che or viva a modo mio.
Sof. *Dunque qual via ti ſi apre or per riprenderlo?*
Sim. *Se non vol moglie, perchè viva amante*
D' altra donna; ſarà queſta la prima
Cagion di gaſtigarlo.
Quindi è, che m' affatico, onde per queſte
Nozze non vere io abbia vera cauſa
Di gridar ſeco, quando le ricuſi:
E 'l faccio ancor, perchè l' indegno Davo,
Or che gl' inganni ſuoi mal non pon fare,
Gli metta tutti fuora, e gli conſumi:
Il quale, io penſo, che con mani, e piedi
Si sforzerà di far, quanto egli puote,
Più per me dannegiare, e darmi incomodo,
Che per deſio di compiacere al giovane.
Sof. *E perchè queſto?* Sim. *E tu me lo domandi?*
Ha l' animo cattivo, e rea la mente.
Ma ſe nulla io ne ſcopro... baſta, baſta:

Si

Sed quid opu'[1] ſt verbis? ſin[2] eveniat, quod volo,
In Pamphilo ut nil[3] ſit morae: reſtat Chremes,
Qui mihi exorandus eſt, & ſpero confore.
Nunc tuum eſt officium, has bene ut adſimules nuptias;
Perterrefacias Davum, obſerves filium
Quid agat, quid cum illo conſilii captet. *Soſ.* Sat eſt:
Curabo: eamus jam nunc intro[4]. *Sim.* I prae, ſequar[5]. *

VARIANTES LECTIONES

1 opus. 2 ſine eveniat. 3 nihil. *Sic etiam legit Camus.* 4 eamus nunc jam intro. 5 ſequor.

Sì laſcino i diſcorſi, e voglia il Cielo,
Che mi rieſca quel, che io più deſidero,
Che in Panfilo non trovi indugio alcuno.
Reſta, che io preghi intanto
Cremete, e ſpero, che ſarammi facile.
Tu poi, per ben compire al tuo dovere,
Fingi ben queſte nozze, ed atterriſci
Davo, ed oſſerva ciò che faccia il figlio,
E come inſieme ſeco ſi conſigli.
Soſ. *T' ho inteſo: farò tutto, andiamo or dentro.*
Sim. *Tu vanne avanti, io ſeguirotti appreſſo.*

NOTAE

* Heinſius, aliique, ac praeſertim noſter Codex Vaticanus, & alii tres optimae notae Codices, qui in Bibliotheca Barberina adſervantur, hìc Scenam concludunt. Nonnulli autem ad tertium ſequentis Scenae verſum eam proſequuntur: quod tamen imprudenter ab his factum, nulliuſque auctoritate Codicis, non auſim adfirmare. Hinc verò vehementer confirmatur M. Antonii Mureti ſententia arbitrantis, Plautum, Terentium, vetereſque hujuſce generis Auctores non conſueviſſe, elucubrationes ſuas in Scenas partiri: quod marte ſuo fecere poſterioris aevi Scriptores, ut temporum, Lectorumque ingenio inſervirent: unde profectae poſtmodum ſunt tam variae Codicum lectiones.

Ter. Andr.

Fig. IV.



Act. I. Scena II.

Sim. NOn dubium eſt, quin uxorem nolit filius:
Ita Davum modo timere ſenſi, ubi nuptias
Futuras eſſe audivit: ſed ipſe exit foras.
Dav. Mirabar, hoc ſi hic abiret: & heri ſemper lenitas,
Verebar, quorſum evaderet:
Qui poſtquam audierat, non datum iri filio uxorem ſuo,
Nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit, neque id aegre tulit.
Sim. At nunc faciet: neque, ut opinor, ſine tuo magno malo.
Dav. Id voluit, nos ſic nec opinanteis[1] duci falſo gaudio,
Speranteis[2] jam amoto metu, interea oſcitanteis[3] opprimi,

Ut

VARIANTES LECTIONES

1 opinantis. 2 Sperantis. 3 inter oſcitantis.

Simone Vecchio, e Davo Servo.

Sim. *NOn è dubbio, che il figlio non vuol moglie*
Pel timore, che in Davo io vidi naſcere,
Quando odorò queſte future nozze.
Ma eccolo, che viene. Dav. *Io mi ſtupiva,*
Che un tale affar sì dolce ſi paſſaſſe,
E del padron la gran piacevolezza,
Ove piegare, e riuſcir voleſſe.
Poichè, quando egli udì, che più non davaſi
Moglie al ſuo figlio, ciò ſi preſe in pace,
Ed a niun di noi ne fè parola.
Sim. *Ma farallo ora, e affè con tuo gran danno.*
Dav. *Egli ha voluto di allegrezza falſa*
Laſciarci ubriacare: e in queſta guiſa
Mentre più non ſi teme, all' improvviſo
Venirci addoſſo, e ſpenſierati opprimerci,

Ut [1] ne eſſet ſpatium cogitandi ad diſturbandas nuptias.
Aſtute. *Sim.* Carnufex quae loquitur? *Dav.* Herus eſt, neque praevideram [2].
Sim. Dave. *Dav.* Hem, quid eſt? *Sim.* Ehodum, ad me.
Dav. Quid hic volt [3]? *Sim.* Quid ais? *Dav.* Qua de re? *Sim.* Rogas?
Meum gnatum, rumor eſt, amare. *Dav.* Id populus curat ſcilicet.
Sim. Hoccine agis, an non? *Dav.* Ego vero iſthuc. *Sim.* Sed nunc ea me exquirere,
Iniqui patris eſt: nam, quod antehac fecit, nihil ad me attinet:
Dum tempus ad eam rem tulit, ſivi animum ut expleret ſuum;
Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat.
Dehinc poſtulo, ſive aequum eſt, te oro, Dave, ut redeat jam in viam [4].
Dav. Hoc quid ſit? *Sim.* Omnes qui amant, graviter ſibi dari uxorem ferunt.
Dav. Ita ajunt. *Sim.* Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum,
Ipſum animum aegrotum ad deteriorem partem plerumque applicat.
Dav. Non hercle intellego. *Sim.* Non? hem [5]. *Dav.* Non: Davus ſum, non Oedipus.
Sim. Nempe ergo aperte vis, quae reſtant, me loqui. *Dav.* Sane quidem.
Sim. Si ſenſero hodie, quidquam in his te nuptiis
Fallaciae conari, quo fiant minus,
Aut velle in ea re oſtendi, quam ſis callidus;
Verberibus caeſum te in piſtrinum, Dave, dedam uſque ad necem,

Ea

VARIANTES LECTIONES

1 Ne eſset. 2 provideram. 3 vult. 4 redeat in viam. 5 *Vox* hem *deeſt in Cod.*

E toglierci così qualunque tempo
Da fraſtornar le nozze: oh vacci ſcalzo!
Sim. *Manigoldo, e che dice!* Dav. *O egli è il padrone,*
Nè veduto l' avea.
Sim. *Davo?* Dav. *Chi vuolmi?* Sim. *Olà, volgiti a me.*
Dav. *Che vuoi?* Sim. *Che dì?* Dav. *Perchè?* Sim. *Me ne domandi?*
Si dice, che il mio figlio è innamorato.
Dav. *Il volgo badar ſuole a queſte coſe.*
Sim. *Ma tu badi, o non badi a quel, che io dico?*
Dav. *Sì bado aſſai.* Sim. *Ma il ricercare adeſſo*
Tal coſa non ſarebbe da buon Padre:
Poichè di tutto quanto, che egli ha fatto
Infino a quì, a me nulla appartiene,
Che io gli permiſi, quando che fu tempo,
Che sfogaſſe ogni ſua voglia amoroſa:
Ma or che queſto giorno altri richiede
Coſtumi, e vita, o Davo io ti domando,
E ſe giuſto ti ſembra, ancor ti prego,
Che omai ritorni nella dritta via.
Dav. *Di quanto tu mi dì, ſtupiſco aſſai.*
Sim. *Malvolentier gli amanti*
A prender moglie inclinano.
Dav. *Tale appunto è la fama.*
Sim. *E ſe in tal caſo*
D' un perverſo maeſtro altri ſi ſerve,
Per lo più piegar ſuole
Alla parte peggior l' animo infermo.
Dav. *Non t'intendo.* Sim. *No eh!* Dav. *No certamente,*
Che Davo io ſon, non Edipo indovino.
Sim. *Dunque tu vuoi, che io dica apertamente*
A te ciò, che mi reſta. Dav. *Sì del certo.*
Sim. *Se oggi m' avvedrò, che in queſte nozze*
Tu t' affatichi, acciocchè non rieſcano,
O in ciò vorrai moſtrar, quanto ſei ſcaltro;
Sarai ben ben battuto, e il reſto poi
Paſſerai de' tuoi giorni in un molino,


Di

Ea lege atque omine, ut, ſi te inde exemerim, ego pro te molam.
Quid, hoc intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? *Dav.* Immo callide.
Ita aperte ipſam rem modo loquutus, nihil circuitione uſus eſt.
Sim. Ubivis facilius paſſus ſim, quam in hac re, me deludier.
Dav. Bona verba quaeſo. *Sim.* Irrides [1]? nihil me fallis. ſed dico tibi,
Ne temere facias, neque tu haud dicas [2] tibi non praedictum: cave.

VARIANTES LECTIONES

1 Inrides? 2 hoc dices.

Di dove ſe avverrà, che mai ti levi,
Fo il patto teco, e manterrollo al certo,
Che in vece tua, io volgerò le macine.
M'hai inteſo ancora? ho da parlar più chiaro?
Dav. *No, che abbaſtanza tu parlaſti aperto,*
E ſenza giro alcuno di parole.
Sim. *In qualunque altra coſa ſoffrirei*
D'eſſer burlato, ma no certo in queſta.
Dav. *Buone parole in grazia.*
Sim. *E mi deridi ancor? però di nulla*
Ingannar tu mi puoi: e torno a dirti,
Abbi cervello, Davo, e a te riguarda,
Onde non dica poi, non mi fu detto.



Dom. Miſerotti ſculp.

Ter. Andr. Fig. V

DAVVS



Act. I. Scena III.

* ENimvero, Dave, nihil loci eſt ſegnitiae, neque ſocordiae :
Quantum intellexi modo ſenis ſententiam de nuptiis.
Quae ſi non aſtu providentur, me, aut herum peſſundabunt.
Nec, quid agam, certum eſt, Pamphilum ne adiutem, an auſcultem ſeni.
Si illum relinquo, ejus vitae timeo : ſin opitulor, hujus minas :
Cui verba dare difficile eſt : primum jam de amore hoc comperit :
Me infenſus ſervat, ne quam faciam in nuptiis [1] fallaciam.
Si ſenſerit, perii : aut ſi libitum fuerit, cauſam ceperit,

Qua

VARIANTES LECTIONES

1 ne quam faciam nuptiis.

Davo ſolo.

PEr quello, che pur ora dalla bocca
Del Vecchio ho inteſo intorno a queſte nozze,
Non biſogna tenér le mani a cintola.
Perchè, ſe con aſtuzie io non provvedovi
Per le peſte n' andremo o io, o Panfilo.
Ne ancor di che far voglia, io mi delibero;
Se ajuto il vecchio, o ſe ſpalleggio il giovane.
Se queſti io laſcio, il vedo a morte correre;
E ſe io l'ajuto, ecco, che il vecchio ſtrepita,
A cui vender parole è aſſai difficile.
Primieramente inteſo egli a me diedeſi
Dell' amore del figlio, e teme aſſai,
Che io non fraſtorni queſto matrimonio:
S' egli di ciò ſi accorge, inevitabile
E' il danno mio, che e' piglierà tal cauſa

Onde

NOTAE

* In Codice Bibliothecae Vaticanae nulla hic viſitur Actoris Perſona : proſequitur enim Scena, quouſque Davus loquitur : & hac in re concordat Codex in Archivo Capituli Baſilicæ Vaticanae, Codexque Bibliothecae Barberinae n. 2505. Nos vero Heinſii diviſionem ex inſtituto ſequuti, qui hic loci tertiam numerat Scenam, prout etiam illam a praecedenti diſtinguunt tres optimae notae Codices Barberini, ſcilicet 1445. 1446. 2162., Davi Perſonam inſculpi, & ad ſervandam noſtra in editione uniformitatem poni curavimus.

Qua jure, quaque injuria praecipitem [1] in piſtrinum dabit.
Ad haec mala hoc mi accedit etiam; haec' Andria,
Sive iſta uxor, ſive amica eſt, gravida [2] e Pamphilo eſt,
Audireque eorum eſt operae pretium audaciam:
Nam inceptio eſt amentium, haud amantium:
Quidquid peperiſſet, decreverunt tollere:
Et fingunt quandam inter ſe nunc fallaciam,
Civem Atticam eſſe hanc. Fuit olim quidam ſenex
Mercator: navem is fregit apud Andrum inſulam:
Is obiit mortem: ibi tum hanc ejectam Chryſidis
Patrem recepiſſe orbam, parvam: fabulae.
Mihi quidem non hercle fit veriſimile [3]:
Atqui [4] ipſis commentum placet.
Sed Myſis ab ea egreditur: at ego hinc me ad forum, ut
Conveniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat.


VARIANTES LECTIONES

1 praecipitem me. *Sic legit quoque Camus.* 2 *Quae ſequuntur uſque ad* pretium *deſunt in Cod. oſcitantia certè Scriptoris; quam ſupplevit in margine poſterior amica manus.*
3 Mihi quidem herclè non fit veriſimile. *Sic etiam legit Camus.* 4 Atque.

Onde a ragion mi danni, o con ingiuria
A volger, come diſſemi, le macine.
Si aggiunge a queſto ancor, che l'Andria è gravida
Amica, o moglie, che ſi ſia di Panfilo:
E fa d' uopo aſcoltar l' audacia loro,
Mentre una tela han principiato a teſſere,
Che non da amanti, ma da pazzi ſembrami.
Il parto qual ſi ſia di nutrir fermano,
E fingono fra lor queſta fallacia,
Che cittadina ſia l'Andria d' Atene,
E che fuvvi una volta un mercatante
Vecchio, e che ruppe all' iſoletta d' Andro
La nave ſua, e ſi morìo nell' acque;
E che coſtei sbalzata in ſu la rena
Il genitor di Criſi la prendeſſe
Piccola, e la nutriſſe: oh belle favole!
A me certo non ſembran veriſimili:
Ma piace a loro in modo tal di fingere.
Ma ecco Miſi, che da lei ſi parte.
Or io frattanto vo' portarmi in piazza,
Per far ſapere a Panfilo ogni coſa,
Onde il Padre nol colga all' improvviſo.

Myſ. Audi-

Ter. Andr. Fig. VI.



Act. I. Scena IV.

Miſ. AUdivi, Archillis, jam dudum: Lesbiam adduci jubes.
Sane pol: illa temulenta eſt mulier, & temeraria,
Nec ſati' [1] digna, cui committas primo partu mulierem:
Tamen eam adducam: importunitatem ſpectate aniculae:
Quia compotrix ejus eſt. Di, date facultatem obſecro
Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum.
Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor, quid ſiet.
Opperiar, ut ſciam, num [2] quidnam haec turba triſtitiae adſerat.

VARIANTES LECTIONES

1 ſatis. 2 ut ſciam nunc.

Miſi Serva, ed Archillide.

Miſ. *T'Ho inteſo, Archilli: vuoi, che quà la Lesbia*
Io ti conduca: ma coſtei briaca
E' quaſi ſempre, e tanto temeraria,
Che degna non mi pare, in fede mia,
Di far da guardadonna a un primo parto:
Ma pure io condurrottela: guardate,
Come è importuna queſta vecchiarella,
Sol perchè ſpeſſo ſono a bere inſieme.
Oh Dei, vi prego, date il modo voi
Di partorire a queſta, ed a quell' altra
Se debbe errar, piuttoſto erri con altre.
Ma che coſa è, che pallido, ed eſanime
Panfilo io veggio! Aimè che può mai eſſere!
Aſpetterollo per ſaper, che porti
Queſto tanto apparato di triſtezza.

Ter. Andr. Fig. VII.

PAMPHILUS MYSIS



Act. I. Scena V.

Pam. HOccine eſt humanum factum, aut inceptum? hoccine officium patris?
Myſ. Quid illud eſt?
Pam. Pro deum, atque hominum [1], quid eſt, ſi non haec contumelia eſt?
Uxorem decrerat [2] dare ſeſe mi hodie: nonne oportuit
Praeſciſſe me ante? nonne prius communicatum oportuit?
Myſ. Miſeram me, quod verbum audio? Pam. Quid Chremes? qui denegaverat [3],
Se commiſſurum mihi gnatam ſuam uxorem; mutavit id [4],
Quoniam me immutatum videt.
Itane obſtinate operam dat, ut me a Glycerio miſerum abſtrahat?
Quod ſi fit, pereo funditus.

Adeon'

VARIANTES LECTIONES

1 Pro deum fidem (*addidit alia manus* atque hominum) quid eſt, ſi haec non contumelia eſt?
2 decreberat. 3 denegarat. 4 id mutavit.

Panfilo, e Miſi.

Panf. *O Pera è queſta umana! umana impreſa!*
Queſto uffizio è di Padre!
Miſ. *Oimè che dice!*
Panf. *Per la fede degli Uomini, e de' Numi,*
Se non è queſta, e quale è villania!
Fermato avea tra ſe di darmi moglie
In queſto giorno, ed io non lo dovea
Sapere avanti? e non doveva dirmelo?
Miſ. *Miſera me! quali parole aſcolto!*
Panf. *E Cremete, che or or m' avea negato*
Di darmi la ſua figlia, ecco ſi muta,
Solo perchè mi ſcorge eſſere immobile;
E cotanto oſtinato s' affatica,
Perchè io mi ſtacchi dalla mia Glicerio;
Il che ſe avviene, io morirò del certo.

Uomo

Adeon' hominem invenuſtum eſſe [1], aut infelicem quenquam, ut ego ſum?
Pro deum atque hominum [2]! nullon' ego
Chremetis pacto affinitatem effugere potero? quot modis
Contemptus, ſpretus? facta, tranſacta omnia: hem,
Repudiatus repetor: quamobrem? niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor,
Aliquid monſtri alunt: ea quoniam nemini obtrudi poteſt,
Itur ad me. *Miſ.* Oratio haec me miſeram exanimavit metu.
Pam. Nam quid ego dicam de patre? ah!
Tantamne rem tam neglegenter agere? praeteriens modo
Mihi apud forum, uxor tibi ducenda eſt Pamphile hodie, inquit: para [3]:
Abi domum. id mihi viſus eſt dicere, abi cito, & ſuſpende te.
Obſtupui: cenſen' ullum me verbum potuiſſe [4] proloqui?
Aut ullam cauſſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam? obmutui.
Quod ſi ego prius id reſciſſem [5], quid facerem, ſi quis nunc me roget;
Aliquid facerem, ut hoc ne facerem. Sed nunc primum quid exequar [6]?
Tot me impediunt curae, quae meum animum divorſim [7] trahunt;
Amor, hujus miſericordia, nuptiarum ſolicitatio,
Tum patris pudor, qui me, tam leni paſſus eſt animo uſque adhuc,
Quae meo cunque animo libitum eſt, facere: ei ne ego ut advorſer [8]? hei mihi!
Incer-

VARIANTES LECTIONES

1 eſſe invenuſtum. 2 fidem. 3 Hodie inquit para, abi domum, *ſed defectus Scriptoris negligentiae tribuendus, quem ſupplevit poſterior manus.* 4 me verbum potuiſſe ullum. 5 Quod ſi ego reſciſſem prius. *Sic etiam Camus.* 6 quid primum exequar? *Sic etiam Camus.* 7 diverſae. 8 ut adverſer?

Uomo di me non penſo, che ſi trovi
Più dalle Grazie odiato, e più infelice!
Per la fede degli Uomini, e de' Numi
Non potrò dunque mai per modo alcuno
Fuggir la parentela di Cremete?
In quante guiſe mai ſon diſprezzato!
Fatto, aggiuſtato il tutto. Ah me tapino!
Mi ſcacciano, e richiamano, e perchè?
Perchè qualche gran moſtro hanno per caſa,
Lo qual, poichè ciaſcun rifiuta, e fugge,
Dar lo vogliono a me. Miſ. *Queſte parole*
M' hanno per lo timor quaſi che morta.
Panf. *Del Padre e che dirò! ah sì gran coſa*
Maneggiare con tanta traſcuraggine?
Paſſando or or di piazza a me ſi volſe,
E diſſe, prender moglie oggi tu dei,
Vanne a caſa, e prepara il biſognevole:
E mi parve, diceſſe, intorno al collo
T' avvolgi un laccio, e la tua morte affretta.
M' inſtupidii, e forſe tu ti credi,
Che io poteſſi formare un ſolo accento,
O ſcuſa immaginar frivola, o falſa?
Appunto! affatto perdei la parola.
Che ſe di queſto affare
Saputo aveſſi qualche coſa avanti,
Se mi chiedeſſe alcun, quel che avrei fatto,
Il tutto fatto avrei, per non far queſto.
Ma adeſſo, e che farò prima di tutto?
Tante noioſe cure m' impediſcono,
Ed in parti diverſe il cuor mi tirano:
L' amor, e la pietà di queſta donna,
La fretta delle nozze, ed il roſſore,
Che ho di contradire al mio buon Padre,
Che mi ha trattato così dolcemente
Fin quì, che ſon vivuto a mio talento,
Ed ora a' ſuoi voler ſarò reſtìo?
Aimè

Incertum eſt, quid agam. *Myſ.* Miſera, timeo, incertum hoc quorſum accidat.
Sed nunc peropu' eſt [1], aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa advorſum [2] hunc loqui.
Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc [3] impellitur.
Pam. Quis hic loquitur? Myſis, ſalve. *Myſ.* Oh! ſalve Pamphile. *Pam.* Quid agit? *Myſ.* Rogas?
Laborat e dolore: atque ex hoc miſera ſolicita eſt die,
Quia olim in hunc ſunt conſtitutae nuptiae: tum autem hoc timet,
Ne deſeras ſe. *Pam.* Hem! egone iſthuc conari queam?
Ego [4] propter me illam decipi miſeram ſinam?
Quae mihi ſuum animum atque omnem vitam credidit;
Quam ego animo egregie caram pro uxore habuerim;
Bene & pudice eju' doctum atque eductum, ſinam,
Coactum egeſtate ingenium immutarier?
Non faciam. *Myſ.* Haud vereor, ſi in te ſolo ſit ſitum:
Sed vim ut queas ferre. *Pam.* Adeon' me ignavum putas?
Adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum,
Ut neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor
Commoveat, neque commoneat, ut ſervem fidem?
Myſ. Unum hoc ſcio, meritam eſſe, ut memor eſſes ſui.

Pam. Me-

VARIANTES LECTIONES

1 peropus eſt. 2 aut aliquid de illa me adverſum hunc loqui. 3 huc vel illuc. 4 Egon'.

Aimè che io non ſo più, che coſa fare!
Miſ. *Queſta incertezza ſua, miſera temo,*
Dove abbia a riuſcire.
Ma neceſſario al ſommo
Egli è, che o queſti parli con Glicerio,
O di Glicerio che io favelli ſeco:
Che mentre ſtaſſi l'animo infra due
O quà, o là vien ſpinto facilmente,
Panf. *Chi è, che quì ragiona? oh ſei tu Miſi!*
Miſ. *Oh Panfilo!* Panf. *E che fa?* Miſ. *Me ne domandi?*
Sta co' dolor del parto, e ſi diſtrugge,
Miſera donna, perchè giunto è omai
Quel giorno già fermato alle tue nozze;
E piena tutta quanta è di paura,
Che tu non l'abbandoni.
Panf. *Ah, che io poteſſi mai tentar tal coſa!*
Che io permetteſſi mai, che la meſchina
Foſſe ingannata dalle mie parole?
Ingannata chi tutto confidommi
Il ſuo cuor, la ſua vita?
Che mi fu ſempre cara oltre miſura,
E l'ebbi ſempre in luogo di mogliera?
Ed or vorrò, che il ſuo pudico ingegno
Ornato di virtù muti, e corrompa
Forza di povertà? non ſia giammai.
Miſ. *Se la fortuna della donna mia*
Steſſe ſolo in tua man; ſarei ſicura:
Ma ſtà in man d'altri, e temo, che a reſiſtere
Non ſii baſtante alla paterna forza.
Panf. *Dunque mi ſtimi tu cotanto vile,*
Cotanto ingrato, barbaro, e crudele,
Che ne 'l domeſtico uſo, ne l'amore,
Ne bel roſſor mi muova, e mi avvertiſca
A mantenerle la promeſſa fede?
Miſ. *Io non ſo tante coſe: ſo ben queſto*
Che merta, che di lei tu ti ricordi.

Panf. *Che*


Pam. Memor eſſem? o Myſis, Myſis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis
De Glycerio. Jam ferme moriens me vocat:
Acceſſi: vos ſemotae; nos ſoli. incipit:
Mi Pamphile, hujus formam, atque aetatem vides:
Nec clam te eſt, quam illi utraeque res nunc utiles[1]
Et ad pudicitiam, & tutandam ad rem[2] fient.
Quod ego te per hanc dextram[3] oro, & ingenium tuum,
Per tuam fidem, perque hujus ſolitudinem
Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras.
Si te in germani fratris dilexi loco,
Sive haec te ſolum ſemper fecit maximum[4],
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus;
Te iſti virum do, amicum, tutorem, patrem:
Bona noſtra haec tibi committo[5], & tuae mando fidei.
Hanc mi[6] in manum dat: mors continuo ipſam occupat.
Accepi: acceptam ſervabo. *Myſ.* Ita ſpero quidem.
Pam. Sed cur tu ab illa[7]? *Myſ.* Obſtetricem accerſo. *Pam.* Propera:
Atque audin'? verbum unum cave de nuptiis,
Ne ad morbum hoc etiam. *Myſ.* Teneo.

VARIANTES LECTIONES

1 nunc utraeque inutiles. Inutiles *legit quoque Camus*. 2 & ad rem tutandam. 3 per hanc dexteram.
4 Sive te haec ſolum ſemper fecit maxumi. 5 permitto. 6 mihi. 7 abis ab illa? *Concordatque Camus*.

Panf. *Che io di lei mi ricordi? o, Miſi, Miſi,*
Ancora io tengo ſcritto in mezzo al cuore
Ciò che Criſi mi diſſe di Glicerio.
Vicino al ſuo morire ella mi chiama:
M' accoſto; voi partite; e noi due ſoli
Rimaſi, ella comincia:
Panfilo mio, tu vedi
La bellezza, e l' etade di coſtei:
Ne t' è naſcoſo, quanto l' una, e l' altra
Sieno inutil riparo per difendere
La robba, e l' oneſtade.
Però ti prego per la deſtra mano,
Che colla mia ti ſtringo, e pel tuo genio,
Per la tua fede, e per la doloroſa
Solitudine acerba di coſtei,
Che da lei non ti parta, e l' abbandoni:
E ſe io t' amai in luogo di fratello,
E ſe queſta t' amò ſolo fra tutti,
E ſe fu ſempre a' voler tuoi ſeconda;
A queſta ora ti laſcio per marito,
Per Amico, per Padre, e per Tutore:
E ciò detto mi dà Glicerio in mano,
E tutti i beni ſuoi con eſſa inſieme:
Indi toſto ſi muore; io l' accettai;
Ne laſcerolla mai per caſo alcuno.
Miſ. *Così certo lo ſpero.*
Panf. *Ma tu da lei perchè ti ſe' partita?*
Miſ. *Vò per la Levatrice.* Panf. *Oh via t' affretta;*
Ma guarda di non dirle una parola
Di queſte nozze, acciocchè non s' accreſca
Il ſuo male quel più.
Miſ. *T' intendo. Addio.*

Char. Quid



Char. QUid ais, Byrrhia?
Datur [1] illa Pamphilo hodie nuptum? *Byr.* Sic eſt. *Char.* Qui ſcis [2], Byrrhia?
Byr. Apud forum modo de Davo [3] audivi. *Char.* Vae vae miſero mihi [4]!
Ut animus in ſpe atque in timore uſque antehac [5] attentus fuit;
Ita, poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet.
Byr. Quaeſo aedepol, Charine, quoniam id fieri, quod vis, non poteſt [6],
Velis id, quod poſſit. *Char.* Nihil aliud, niſi Philumenam, volo [7].
Byr. Ah, quanto ſatius eſt, id operam te dare [8],
Iſtum qui amorem ex animo amoveas [9], quam id loqui,
Quo magis libido fruſtra incendatur tua. *Char.* Faci-

VARIANTES LECTIONES

1 Datur ne illa. *Sic etiam Camus.* 2 *In Cod. deeſt* Byrrhia. 3 e Davo. 4 Vae miſero mihi. *Sic etiam Camus.* 5 uſque hac. 6 quoniam non poteſt id fieri, quod vis, id velis, quod poſſit. 7 Nihil volo aliud, niſi Philumenam. 8 id dare operam. 9 Qui iſtum amorem ex animo amoveas tuo.

Carino Giovane, Birria Servo, e Panfilo.
Car. B*irria, che ne dì tu? daſſi colei*
Oggi a Panfilo in moglie?
Bir. *Senza dubbio.*
Car. *Che ne ſai tu?* Bir. *L' ho inteſo or ora in piazza*
Dalla bocca di Davo. Car. *Oh me tapino!*
Che come ebbi ſinor da tema, e ſpeme
L' alma agitata, e ſcoſſa,
Or così, che mi è tolta, tormentato
Da reo penſiero acerbo
Illanguidiſce, e reſta
Attonita, e confuſa.
Bir. *Carin, per Dio ti prego, ſe non puoſſi*
Far quello, che tu vuoi,
Vogli tu fare almen quel, che ſi puote.
Car. *Se non ho Filumena, altro non voglio.*
Bir. *Ah fareſti pur meglio a dar di mano*
A toglierti dal cuor coteſto amore,
Che ragionar di quello, onde più fiero,
Ma in darno creſca il fervido deſio.

Car. *L' uomo*

Char. Facile omnes, cum valemus, recta conſilia aegrotis damus.
Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. *Byr.* Age, age, ut lubet. *Char.* Sed Pamphilum
Video. omnia experiri certum eſt prius, quam pereo. *Byr.* Quid hic agit?
Char. Ipſum hunc orabo: huic ſupplicabo: amorem huic narrabo meum:
Credo, impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis prodat dies.
Interea fiet aliquid, ſpero. *Byr.* Id aliquid nihil eſt. *Char.* Byrrhia,
Quid tibi videtur, adeon' ad eum? *Byr.* Quid ni? ſi nihil impetres,
Ut te arbitretur ſibi paratum moechum, ſi illam duxerit.
Char. Abin' [1] hinc in malam rem cum ſuſpicione iſthac, ſcelus.
Pam. Charinum video. ſalve. *Char.* Oh ſalve, Pamphile:
Ad te advenio, ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium expetens.
Pam. Neque pol conſili [2] habeo, neque auxilii copiam.
Sed iſthuc quidnam eſt? *Char.* Hodie uxorem ducis [3]? *Pam.* Ajunt. *Char.* Pamphile,
Si id facis, hodie poſtremum me vides. *Pam.* Quid ita? *Char.* Hei mihi,
Vereor dicere: huic dic, quaeſo, Byrrhia [4]. *Byr.* Ego dicam. *Pam.* Quid eſt?
Byr. Sponſam hic tuam amat. *Pam.* Nae iſte haud [5] mecum ſentit. ehodum, dic mihi:
Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Charine? *Char.* Ah Pamphile,
Nil [6]. *Pam.* Quam vellem! *Char.* Nunc te per amicitiam & per amorem obſecro,
Principio ut ne ducas. *Pam.* Dabo equidem operam. *Char.* Sed ſi id non potes [7],
Aut

VARIANTES LECTIONES.

1 Abi hinc. 2 conſilii locum. *Sic etiam Camus.* 3 Hodie uxorem ducis.
4 Vereor dicere huic; dic quaeſo Byrrhia. 5 Ne iſte haut. 6 Nihil. 7 non poteſt.

Car. *L' uomo ſano conſiglia rettamente,*
E facilmente il poverello infermo.
Affè, ſe tu foſſi ne' miei piedi,
Non direſti così.
Bir. *Fa pur quel che ti piace.*
Car. *Ma Panfilo vegg' io: ſon riſoluto*
Di tentar tutto avanti di morire.
Bir. *E che fa quì coſtui?*
Car. *Io lui ſupplicherò con molti preghi,*
Io gli racconterò l' aſpro amor mio,
Credo, che impetrerò, forſe alcun giorno
Perchè tiri alla lunga queſte nozze:
Fratanto ſpero, che avverrà qualcoſa.
Bir. *Queſto, e nulla è tutt' uno.* Car. *Che ti pare?*
Vado alla volta ſua? Bir. *E perchè nò?*
Almen ſe nulla impetri, egli è ſicuro
D' aver trovato il Vago alla mogliera.
Car. *Va ſulle forche con sì reo prognoſtico*
Scelerato che ſei. Panf. *Veggio Carino.*
Amico, io ti ſaluto. Car. *Io te pur, Panfilo,*
A cui giuſto venia per dimandarti
Speme, ſalute, aita, e ancor conſiglio.
Panf. *Veramente d' ajuto, e di conſiglio*
Son privo; ma dì pur quello, che vuoi.
Car. *Oggi tu prendi moglie?* Panf. *Sì vocifera.*
Car. *Panfilo, ſe ciò fai, oggi ſon morto.*
Panf. *Perchè così?* Car. *Non poſſo, che io mi perdo*
A dirtelo; però diglielo, Birria.
Bir. *Orsù glielo dirò.* Panf. *Dimmelo dunque.*
Bir. *Queſti della tua ſpoſa è innamorato.*
Panf. *Egli certo non è del mio parere.*
Vien quà: dimmi, Carino, impegno alcuno
Vi è ſtato tra di voi nel tempo addietro?
Car. *Ah nulla affatto.* Panf. *Oh l'avrei pur voluto.*
Car. *Or per l' amore, e per le ſante leggi*
Della noſtra amicizia, io ti ſcongiuro
In primo luogo, che coſtei non prenda.
Panf. *M' ingegnerò di farlo.* Car. *Ma ſe queſto*
Non

Aut tibi nuptiae hae ſunt cordi... *Pam.* Cordi [1]? *Char.* Saltem aliquot dies
Profer, dum proficiſcor aliquo, ne videam. *Pam.* Audi nunc jam:
Ego, Charine, neutiquam officium liberi eſſe hominis puto,
Cum is nil [2] promereat, poſtulari [3] id gratiae apponi ſibi.
Nuptias effugere ego iſtas malo, quam tu adipiſcier.
Char. Reddidiſti animum. *Pam.* Nunc ſi quid potes aut tu, aut hic Byrrhia,
Facite, fingite, invenite, efficite, qui detur tibi:
Ego id agam, mihi qui ne detur. *Char.* Sat habeo. *Pam.* Davum optume [4]
Video. hujus conſilio fretu' ſum [5]. *Char.* At tu hercle haud [6] quidquam mihi,
Niſi ea, quae nihil opu' ſunt ſciri [7]. fugin' hinc? *Byr.* Ego vero ac lubens.

VARIANTES LECTIONES


1 Cordi. 2 nihil. 3 poſtulare. *Sic etiam Camus.*
4 optime. 5 fretus ſum. 6 haut. 7 opus ſunt ſcire.

Non puoi, o ſonti queſte nozze a cuore...
Panf. *A cuore?* Car. *Differiſci qualche giorno,*
Nel quale io vada altrove, onde non veggiale.
Panf. *Aſcoltami, Carino: Io penſo, e credo,*
Ch' ufizio d' uomo oneſto unqua non ſia,
Volerſi acquiſtar grazia, e farſi merto
Di ciò, ch' ei fa per ſolo ſuo vantaggio:
Di fuggir queſte nozze io più deſidero,
Che tu d' averle. Car. *Mi hai tornato in vita.*
Panf. *Fratanto ſe potete o tu, o Birria,*
Operate, fingete, ed inventate:
In ſomma fate, ch' ella reſti voſtra,
Che in modo farò io, che a me non reſti.
Car. *Queſto mi baſta.*
Panf. *Oh come a tempo io veggio*
Davo, il quale mi regge, e mi conſiglia.
Car. *Ma tu non ſei così, Birria importuno,*
Che non mi moſtri ſe non quelle coſe,
Le quai ſaperle, o no, nulla rileva:
Però ti parti. Bir. *E come volentieri!*

Dom. Miſerotti ſculp.

Dav. Di

Ter. Andr. Fig. 14



Actus II. Scena II.

Dav. DI[1] boni, boni; quid porto? Sed ubi inveniam Pamphilum,
Ut metum, in quo nunc eſt, adimam, atque expleam animum gaudio?
Char. Laetus eſt, neſcio quid. *Pam.* Nihil eſt. nondum haec reſcivit mala.
Dav. Quem ego nunc credo, ſi jam audierit ſibi paratas nuptias...
Char. Audin' tu illum? *Dav.* Toto me oppido exanimatum quaerere.
Sed ubi quaeram? quo nunc primum intendam? *Char.* Ceſſas adloqui?
Dav. Abeo[2]. *Pam.* Dave, ades, reſiſte. *Dav.* Quis homo eſt, qui me... oh Pamphile,
Te ipſum quaero. euge o Charine[3]: ambo opportune: vos volo.
Pam. Dave, perii. *Dav.* Quin tu hoc audi. *Pam.* Interii. *Dav.* Quid timeas, ſcio.
Char. Mea

VARIANTES LECTIONES

1 Dii. 2 *Legunt nonnulli, nec fortaſſe ineptè* Habeo: *ſcilicet* Habeo, quo intendam. 3 euge, Charine.

Davo, Carino, e Panfilo.

Dav. *OTtimi Dii, e qual buona novella*
E' quella, che io arreco! ma in qual parte
Panfilo troverò, perchè io lo tolga
Dal timore, in cui giace, e gli ricolmi
L'animo d'allegrezza? Car. *Aſſai contento*
Il veggio, ma non ſo per qual cagione.
Panf. *Inutile allegrezza! ancora ignoti*
Gli ſono i noſtri mali. Dav. *Il quale io credo*
Se inteſe avrà le preparate nozze...
Car. *Odi tu quel, che dice?* Dav. *Nel cercarmi*
Per tutta la Città, ſia ſenza fiato.
Ma dove cercherollo; e da qual parte
Comincerò? Car. *Perchè non gli ragioni?*
Dav. *Già l'ho trovata.* Panf. *Olà fermati, o Davo.*
Dav. *Chi è, che me... o Panfilo tu ſei?*
Appunto io te ricerco, e tu Carino
Ancor ci ſei? ambo vi trovo a tempo.
Panf. *Davo ſon morto.* Dav. *Perchè non m'aſcolti?*
Panf. *Son morto, Davo.* Dav. *Io ſo quello, che temi.*
Car. *E per*

Char. Mea quidem hercle certe in dubio vita eſt. *Dav.* Et quid tu, ſcio.
Pam. Nuptiae mihi... *Dav.* Et id [1] ſcio. *Pam.* Hodie... *Dav.* Obtundis, tametſi intellego.
Id paves [2], ne ducas tu illam: tu autem, ut ducas. *Char.* Rem tenes [3].
Pam. Iſthuc ipſum. *Dav.* Atqui iſthuc ipſum, nil [4] pericli eſt: me vide.
Pam. Obſecro te, quamprimum hoc me libera miſerum metu. *Dav.* Hem,
Libero: uxorem tibi jam non dat Chremes. *Pam.* Qui ſcis? *Dav.* Scio.
Tuus pater modo me prehendit: ait, tibi uxorem dare
Hodie: item alia multa, quae nunc non eſt narrandi locus:
Continuo ad te properans percurro ad forum, ut dicam tibi haec;
Ubi te non invenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum,
Circumſpicio. nuſquam. forte ibi hujus video Byrrhiam:
Rogo: negat vidiſſe [5]; mihi moleſtum: quid agam, cogito.
Redeunti interea ex ipſa re mi incidit ſuſpicio. hem
Paululum obſoni: ipſus [6] triſtis: de improviſo nuptiae:
Non cohaerent. *Pam.* Quorſumnam iſthuc? *Dav.* Ego me continuo ad Chremen.
Cum illo [7] advenio, ſolitudo ante oſtium: jam id gaudeo.
Pam. Recte dicis; perge [8]. *Dav.* Maneo. interea introire neminem
Video, exire neminem, matronam nullam: in aedibus

Nil

VARIANTES LECTIONES

1 Et ſi ſcio. 2 Id cave: ne ducas. 3 Rem tene. 4 Atque iſtuc ipſum, nihil pericli eſt. 5 vidiſſe ſe. 6 opſonii, ipſe triſtis. 7 Cum illuc advenio. 8 *Ch.* Recte dicis. *Pam.* Perge.

Car. *E per Ercole anch' io ſono mal vivo.*
Dav. *E il tuo perchè m' è noto parimente.*
Panf. *Le nozze a me...* Dav. *E queſto ancor m' è noto.*
Panf. *Oggi...* Dav. *M' hai rotto il capo: io bene intendo:*
E tutto ſi riduce il timor voſtro,
Che tu colei non prenda,
E tu, che egli la prenda.
Car. *E' così certamente.*
Panf. *Egli è coteſto appunto.*
Dav. *E di coteſto appunto ſiam ſicuri.*
Or guardatemi bene...
Panf. *Deh ſubito ti prego,*
Togli miſero me da tanto affanno.
Dav. *Ecco vi tolgo omai:*
Oggi Cremete non ti dà più moglie.
Panf. *Che ne ſai tu?* Dav. *Ben ſollo.*
Poco fa m' abboccai col Padre tuo,
E diſſemi, come oggi t' ammogliava,
Ed altre coſe molte, che io tralaſcio,
Che non è luogo quì di raccontarle.
Subito a te volando io corro in piazza
Per farti d' ogni coſa conſapevole:
Non ti vedo, e per meglio aſſicurarmi,
Aſcendo ſopra un rilievato loco,
Guardo, e riguardo, e volgo gli occhi in vano.
Incontro a caſo Birria di coſtui,
Gli chiedo, ſe t' ha viſto: egli mel niega;
Ciò duolmi, e penſo, che convenga farmi:
Ma nel ritorno dall' affare iſteſſo
Io preſi pelo, perocchè la cena
Era aſſai ſcarſa, ed ei non ſtava allegro,
E nozze all' improvviſo, non ſon coſe,
Che abbian tra loro coerenza alcuna.
Panf. *Ed a che fin dì queſto?* Dav. *In un baleno*
A Cremete men volo, e colà giunto
Alcun non vedo avanti alla ſua porta,
E già principio a ſtar nel cuor contento.
Panf. *Seguita; tu dì bene.* Dav. *Io mi ſoffermo,*
E in quel mentre non vedo entrare alcuno,
Ne alcuno uſcire, ne matrona alcuna,

E nulla

Nil ornati, nil tumulti [1]. acceſſi, introſpexi [2]. *Pam.* Scio.
Magnum ſignum. *Dav.* Num videntur convenire haec nuptiis?
Pam. Non opinor, Dave. *Dav.* Opinor, narras? non recte accipis.
Certa res eſt: etiam puerum inde abiens conveni Chremis,
Olera & piſciculos minutos ferre obolo in coenam ſeni.
Char. Liberatus ſum Dave, hodie [3] tua opera. *Dav.* At [4] nullus quidem.
Char. Quid ita? nempe huic prorſus illam non dat. *Dav.* Ridiculum caput.
Quaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat, te illam uxorem ducere.
Niſi vides, niſi ſenis amicos oras, ambis. *Char.* Bene mones.
Ibo: etſi hercle ſaepe jam me ſpes haec fruſtrata eſt. vale. *

VARIANTES LECTIONES

1 Nihil ornati, nihil tumulti, *prout etiam legit Camus.* 2 Intro aspexi. 3 Liberatus ſum hodie, Dave. 4 Ac.

E nulla vidi d' ornamento in caſa,
Nulla di nuovo, nulla di tumulto:
Io m' accoſtai, e riguardai ben dentro.
Panf. *Intendo: Queſto è un contraſſegno grande.*
Dav. *Or parvi ciò, che ſi convenga a nozze?*
Panf. *Io non lo penſo, o Davo.*
Dav. *Non lo penſo, mi dì? Ben non m' intendi.*
La coſa è certa: anzi di più vo' dirti,
Che in partendo di lì, mi venne avanti
Il ſervo di Cremete, e lo trovai,
Che tra peſci minuti, ed inſalata
Facea la cena al vecchio con un ſoldo.
Car. *Tua mercè, mi trovo oggi liberato,*
Davo, dal mio timore.
Dav. *Anzi per nulla.*
Car. *E perchè? ſe a coſtui quella non daſſi...*
Dav. *Quanto ridicol ſei! Quaſi ſia forza,*
Che non dandoſi a lui, a te ſi dia.
Se non t' ajuti, e preghi caldamente
Del vecchio i fidi amici, e non fai tutto
Quel, che far dee, chi veramente ambiſce...
Car. *Ben mi conſigli, ed ora andronne in giro,*
Ancorchè ſpeſſo ſimile ſperanza
M' abbia ingannato. Addio, rimanti ſano.

NOTAE

* In utroque Codice Vaticano, nempe Bibliothecae, & Capituli, quem ex ipſa caracterum forma antiquiorem exiſtimo, Scena haec non diſtinguitur a praecedenti: diſcedente ſiquidem Charino, nullus ſupervenit Comoedus. Heinſius vero, Camus, Daceria, aliique quamplures eam diſtinguunt, & in hoc concordant praeſtantiores tres Bibliothecae Barberinae Codices. Haec autem res nos potiſſimum ſuaſit, ut Tabulam ſequenti praeponeremus; quod etiam aliàs fecimus, faciendumque nobis non ſemel erit, nequid hujus generis ornamenti noſtra in editione deſideretur.



Pam. Quid igitur ſibi volt [1] pater? cur ſimulat? *Dav.* Ego dicam tibi.
Si id ſuccenſeat nunc, quia non dat [2] tibi uxorem Chremes,
Ipſu' ſibi eſſe injurius videatur [3]: neque id injuria:
Prius quam tuum, ut ſeſe habeat, animum [4] ad nuptias perſpexerit.
Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet:
Tum illae turbae fient. *Pam.* Quid vis? patiar [5]? *Dav.* Pater eſt, Pamphile.
Difficile eſt. tum haec ſola eſt mulier. dictum ac factum, invenerit
Aliquam cauſſam, quamobrem eiiciat oppido. *Pam.* Eiiciat? *Dav.* Cito.
Pam. Cedo igitur, quid faciam, Dave? *Dav.* Dic te ducturum. *Pam.* Hem! *Dav.* Quid eſt?
Pam. Ego

VARIANTES LECTIONES

1 vult. 2 non det. 3 Ipſus ſibi videatur eſſe injurius.
4 Priuſquam tuum animum, ut ſeſe habeat ad nuptias, perſpexerit. *Sic etiam legit Camus.* 5 Quidvis patiar.

Panfilo, e Davo.

Panf. *Che vol dunque mio Padre? e perchè ſimula?*
Dav. *Lo ti dirò, s' egli ſi ſdegna adeſſo,*
Perchè Cremete a te moglie non dia;
Egli parrebbe a se medeſmo iniquo:
Ne ciò ſarebbe a torto, ogni qual volta
Non abbia pria tentato, con qual animo
T' apparecchi alle nozze: ma laddove
Tu le ricuſi; allor per la ripulſa,
In te traſporterà tutta la colpa,
E di lì naſceran mille diſturbi.
Panf. *Io ſon pronto a patir qualunque ſtrazio.*
Dav. *Panfilo, avverti bene, egli è tuo Padre,*
Ne puoſſi mai durar col Padre a lungo:
La tua donna ella è ſola, un detto, un fatto,
Od altro troverà cagion, per cui
La sbalzi a un tratto fuor della cittade.
Panf. *Ch'egli la sbalzi?* D. *E con qual fretta!* P. *Dunque,*
Dimmi, che far degg'io! Dav. *Dì di pigliarla.*
Panf. *Pigliarla!* Dav. *Sì pigliarla.*

Panf. *Io*

Pam. Ego [1] dicam? *Dav.* Cur non? *Pam.* Nunquam faciam. *Dav.* Ne nega.
Pam. Suadere noli. *Dav.* Ex ea re quid fiat, vide.
Pam. Ut ab illa excludar, huc concludar. *Dav.* Non ita eſt.
Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem:
Ducas volo hodie uxorem. tu, ducam, inquies.
Cedo, quid jurgabit tecum? hic reddes omnia,
Quae nunc ſunt certa ei conſilia, incerta ut ſient,
Sine omni periclo: nam hocce haud dubium eſt, quin Chremes
Tibi non det gnatam: nec tu ea cauſſa minueris
Haec, quae facis, ne his ſuam mutet ſententiam.
Patri dic velle, ut, cum velit tibi jure iraſci, non queat.
Nam quod tu ſperes, propulſabo facile: uxorem his moribus
Dabit nemo. inopem inveniet [2] potius, quam te corrumpi ſinat:
Sed ſi te aequo animo ferre accipiet, neglegentem feceris:
Aliam [3] otioſus quaeret: interea aliquid acciderit boni.
Pam. Itan' credis? *Dav.* Haud dubium id quidem eſt. *Pam.* Vide, quo inducas [4].
Dav. Quin taces?
Pam. Dicam. puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ex illa, cautio eſt:
Nam pollicitus ſum, ſuſcepturum. *Dav.* O facinus audax! *Pam.* Hanc fidem
Sibi, me obſecravit, qui ſe ſciret non deſerturum, ut darem.
Dav. Curabitur: ſed pater adeſt. cave, te eſſe triſtem ſentiat.

VARIANTES LECTIONES

1 Egone dicam? *Ita etiam Camus.* 2 inveniet inopem. 3 Alia. 4 quo me inducas.

Panf. *Io dunque dovrò dire?* Dav. *Perchè no?*
Panf. *Non lo farò giammai.* Dav. *Non t' oſtinare.*
Panf. *Deh ciò non conſigliarmi.*
Dav. *Vedi tu ciò, che può naſcerne poi?*
Panf. *Che da quella ſia tolto, e dato a queſta.*
Dav. *Non è così: perchè, ſe, come io penſo,*
Diratti il Padre tuo; Panfilo io voglio,
Che in oggi tu t' ammogli; e tu dirai,
Padre, quello farò, che più t' aggrada;
Dimmi, e qual ſia ragion, ch' egli ti ſgridi?
E in queſto modo ſenza tuo pericolo
Renderai incerti i ſuoi conſigli:
Perchè dall' altra parte non ci è dubbio,
Che Cremete non vol darti la figlia:
Ne tu per queſto ſcemerai l' impreſa,
E le fatiche, acciocchè ei non ſi muti.
Dì dunque di volerla al Padre tuo,
Per torgli ogni cagion d' andare in collera,
E ſe altra a caſo poi ne proponeſſe,
Non dubitar, che io ſventerò le mine,
Tanto più, che ad un uom del tuo coſtume
Non v' è chi darà moglie. Ma piuttoſto
Una egli troveratti ancorchè povera,
Che vederti così guaſto per quella:
E ſe allor moſtrerai di far ſua voglia,
Lo farai ſpenſierato, e negligente,
E un' altra cercheranne con più ozio,
E in queſto mentre accaderà qual coſa
Per te di buono. Panf. *Così credi, o Davo?*
Dav. *Il credo fermamente.* Panf. *Avverti bene*
A quello, in cui mi poni. Dav. *E non ti cheti?*
Panf. *Guardati, ch' ei non ſappia in modo alcuno,*
Che avuto abbi un figliuolo da colei,
Perchè io le diedi fede d' allevarlo.
Dav. O *impreſa temeraria!* Panf. *Queſta fede*
Ella volle da me, che io mel pigliaſſi.
Dav. *Avrovvi l' occhio; ma quà vien tuo Padre:*
Guarda, che non ti vegga malinconico.

Sim. Revi-

Ter. Andr. Fig. XI.



Act. II. Scena IV.

Sim. REviſo, quid agant, aut quid captent conſili [1].
Dav. Hic nunc non dubitat, quin, te ductrurum, neges:
Venit meditatus alicunde ex ſolo loco:
Orationem ſperat inveniſſe ſe,
Qui differat te; proin' tu face [2], apud te ut ſies.
Pam. Modo ut poſſim Dave. *Dav.* Crede hoc mihi, inquam [3], Pamphile,
Numquam hodie tecum commutaturum patrem
Unum eſſe verbum, ſi te dices ducere.

VARIANTES LECTIONES

1 conſilii. 2 fac. 3 Crede, inquam, hoc mihi Pamphile.

Simone, Davo, e Panfilo.
Sim. T*Orno a veder, che coſa eſſi ſi facciano,*
E qual conſiglio prendano.
Dav. *Queſti non pone in dubbio, che tu debba*
Ricuſare la moglie:
Egli a coſa penſata è quì venuto
Da ſolitaria parte, e già ſi crede
Aver trovato tal ragionamento
Da poterti mandar d'oggi in domani:
Però cerca di ſtare a te preſente.
Panf. *Purchè io lo poſſa.* Dav. *Panfilo, mi credi,*
Che ſe tu dici al Padre di pigliarla,
Oggi tra voi non ci ſaran parole.



Act. II. Scena V.

Byr. HErus me, relictis rebus, juſſit Pamphilum
Hodie obſervare, ut, quid ageret de nuptiis,
Scirem: id propterea nunc hunc venientem ſequor.
Ipſum adeo praeſto video cum Davo. hoc agam.
Sim. Utrumque adeſſe video. *Dav.* Hem, ſerva. *Sim.* Pamphile.
Dav. Quaſi de improviſo reſpice ad eum. *Pam.* Ehem pater.
Dav. Probe. *Sim.* Hodie uxorem ducas, ut dixi, volo.
Byr. Nunc noſtrae parti timeo [1], quid hic reſpondeat.
Pam. Neque iſthic, neque alibi tibi uſquam erit [2] in me mora. *Byr.* Hem!
Dav. Obmutuit [3]. *Byr.* Quid dixit? *Sim.* Facis, ut te decet,
Cum iſthuc, quod poſtulo, impetro cum gratia.

Dav. Sum

VARIANTES LECTIONES

1 Nunc noſtrae timeo parti. 2 tibi erit uſquam 3 Ommutuit.

Birria, Simone, Davo, e Panfilo.

Bir. *MI ha comandato il mio Padron, che tutte*
L' altre coſe tralaſci, e tenga d' occhio
A quel, che oggi fa Panfilo; onde ſappia
Ciò, ch' egli voglia far di queſte nozze.
Perciò lo vo' cercando, ed ecco appunto
Ch' io lo vedo con Davo: or bado a lui.
Sim. *Gli vedo entrambi inſieme.*
Dav. *Eccolo. Attento.* Sim. *Panfilo.*
Dav. *A lui ti volgi, come all' improvviſo.*
Panf. *Oh mio Padre!* Dav. *O bene al maggior ſegno.*
Sim. *Oggi, come ti diſſi, eſſer dei ſpoſo.*
Bir. *Temo della riſpoſta pel Padrone.*
Panf. *Son pronto a' cenni tuoi in queſto, e in altro.*
Bir. *Si eh!* Dav. *Reſtò ſul colpo.* Bir. *E che mai diſſe!*
Sim. *Tu fai, ſiccome dei, mentre permetti,*
Che ottenga con piacer quel, che ti chiedo.


Dav. *Non*

Dav. Sum verus? *Byr.* Herus, quantum audio, uxore excidit.
Sim. I jam nunc intro, ne in mora, cum 'opus' ſit [1], ſies.
Pam. Eo. *Byr.* Nullane in re eſſe homini cuiquam fidem?
Verum illud verbum eſt, volgo [2] quod dici ſolet;
Omnes ſibi malle melius eſſe, quam alteri.
Ego illam vidi virginem: forma bona
Memini videre. quo aequior ſum Pamphilo,
Si ſe illam in ſomnis, quam illum, amplecti maluit.
Renunciabo, ut pro hoc malo mihi det malum.

VARIANTES LECTIONES

1 I uunc jam intro, ne in mora, cum opus ſit, ſies. 2 vulgo.

Dav. *Non diſſi il vero?* Bir. *Aſſè che il mio Padrone,*
Per quanto intendo, ha perduta la moglie.
Sim. *Orsù và dentro, per non perder tempo*
In quello preparar, che ti abbiſogna.
Panf. *Vado.* Bir. *Dunque non vi è fede in alcuno?*
Ah, che pur troppo è ver quel, che ſi dice,
Quando ſi dice, che ciaſcun ſe ſteſſo
Ama più, che il compagno; e certamente
Io vidi quella giovane, e ſovviemmi,
Che è molto bella: per lo che perdono
A Panfilo, ſe vuole egli piuttoſto
Lei di notte abbracciar, che il mio Padrone.
Narrerò dunque a lui ciò, che m' avvenne,
Acciocchè egli mi dia
Per triſta nuova una più triſta mancia.



Dav. Hic

Ter. Andr. *Fig. XIII.*



Act. II. Scena VI.

Dav. HIC nunc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia.
Sim. Quid Davus narrat? *Dav.* Aeque quicquam nunc quidem.
Sim. Nihilne? hem. *Dav.* Nihil prorſus. *Sim.* Atqui expectabam quidem.
Dav. Praeter ſpem evenit: ſentio: hoc male habet virum.
Sim. Potin' es, mihi verum dicere? *Dav.* Nihil facilius.
Sim. Num illi moleſtae quidpiam [1] hae ſunt nuptiae,
Hujuſce propter conſuetudinem hoſpitae [2]?
Dav. Nihil hercle: aut ſi adeo, bidui eſt, aut tridui [3]
Haec ſolicitudo: noſtin' [4]? deinde deſinet:
Etenim eam ſecum rem recta [5] reputavit via.
Sim. Laudo.

VARIANTES LECTIONES

1 quippiam. 2 Propter hujuſce hoſpitae conſuetudinem? 3 bidui, aut tridui eſt.
4 noſti. 5 Etenim ipſe ſecum eam rem reputavit via.

Davo, e Simone.

Dav. *Coſtui ſi crede, che ingannar lo voglia,*
E che perciò mi ſia quì ſoffermato.
Sim. *Che dice il noſtro Davo?* Dav. *Nulla affatto.*
Sim. *Ma nulla, nulla, eh?*
Dav. *Nulla per certo.*
Sim. *Io però mel credea.* Dav. *Credeſti male,*
E queſto, a quel che veggio, lo tormenta.
Sim. *Dimmi, puoi tu parlare, e dire il vero?*
Dav. *Nulla più facilmente.* Sim. *Or dimmi dunque,*
Son punto a lui moleſte queſte nozze,
Per l' amore di quella foreſtiera?
Dav. *Nulla affatto: o ſe pure qualche poco,*
Per due, o tre giorni al più queſta amarezza
Affligerallo, e poi avrà il ſuo fine,
Che egli ha penſato bene intorno a queſto.
Sim. *Meri-*


Sim. Laudo. *Dav.* Dum licitum eſt illi [1], dumque aetas tulit,
Amavit: tum id clam: cavit [2], ne unquam infamiae
Ea res ſibi eſſet, ut virum fortem decet.
Nunc uxore opus eſt: animum ad uxorem appulit.
Sim. Subtriſtis viſu' eſt eſſe aliquantulum [3] mihi.
Dav. Nihil propter hanc rem: ſed eſt, quod ſuccenſet tibi.
Sim. Quidnam eſt? *Dav.* Puerile eſt. *Sim.* Quid eſt?
Dav. Nihil. *Sim.* Quin dic, quid eſt?
Dav. Ait, nimium parce facere ſumptum. *Sim.* Mene? *Dav.* Te.
Vix, inquit, drachmis obſonatus eſt decem;
Num filio videtur uxorem dare [4]?
Quem, inquit, vocabo ad coenam meorum aequalium
Potiſſimum nunc? &, quod dicendum hic ſiet,
Tu quoque perparce nimium. non laudo. *Sim.* Tace.
Dav. Commovi. *Sim.* Ego iſthaec recte ut fiant, videro.
Quidnam hoc rei eſt? quidnam hic volt [5] veterator ſibi?
Nam ſi hic mali eſt quidquam, hem illic eſt huic rei caput.

VARIANTES LECTIONES

1 ei. 2 tum id clam cavit, 3 viſus eſt eſſe aliquantum mihi.
4 Vix, inquit, drachmis opſonatus decem non filio videtur uxorem dare. 5 quid hic vult.

Sim. *Merita lode.* Dav. *Infin che gli fu lecito,*
E che la freſca età glielo permiſe,
Amolla, e di naſcoſo; avendo cura,
Che ciò ſaputo non recaſſe infamia
A ſe, come ſuol fare un uom prudente.
Ora poichè conoſce, eſſer dovere
Di prender moglie, a prender moglie ei penſa.
Sim. *Ma alquanto ei mi è paruto malinconico.*
Dav. *Nulla perciò. Ma egli ha qualche ragione*
Di ſtar ſoprappenſiero. Sim. *E da che viene?*
Dav. *E' coſa da ragazzi.* Sim. *E quale è mai?*
Dav. *Nulla nulla.* Sim. *Or dì ſu quel, che gli duole.*
Dav. *Dice, che ſiete miſurato troppo*
In far le ſpeſe. Sim. *Io ne?* Dav. *Appunto voi.*
Ha ſpeſo, ei dice, dieci dramme appena
In tutto il companatico: e ſon queſti
Preparamenti a nozze d' un figliuolo?
Qual chiamerò de' miei compagni a cena;
E ſpecialmente in queſta congiuntura?
A dirla ſchietta, ſiete troppo ſtretto,
Ne vi poſſo lodar. Sim. *Taci.* Dav. *Il commoſſi.*
Sim. *Farò, che vadan ben tutte le coſe.*
Che penſa adeſſo, e che va ruminando
Fra ſe queſto furbaccio? egli è evidente,
Che ſe nulla di male è in queſto affare,
Egli di ciò n' è l' architetto, e 'l capo.

Myſ. Ita



Myſ. ITA pol quidem res eſt, ut dixti Lesbia :
Fidelem haud ferme mulieri invenias virum .
Sim. Ab Andria eſt ancilla haec . quid narras ? *Dav.* Ita eſt .
Myſ. Sed hic Pamphilus . *Sim.* Quid dicit ? *Myſ.* Firmavit fidem . *Sim.* Hem !
Dav. Utinam aut hic ſurdus , aut haec muta facta ſit .
Myſ. Nam quod peperiſſet , juſſit tolli . *Sim.* O Jupiter ,
Quid ego audio ! actum eſt , ſiquidem haec vera praedicat .
Leſ. Bonum ingenium narras adoleſcentis [1] . *Myſ.* Optimum .
Sed ſequere me intro , ne in mora illi ſis . *Leſ.* Sequor .
Dav. Quod remedium nunc huic malo inveniam ? *Sim.* Quid hoc ?

Adeon'

VARIANTES LECTIONES

1 adulefcentis .

Miſi , Simone , Davo , Lesbia , e Glicerio .

Miſ. *A Fè , come diceſti ,*
Egli è , Lesbia , così ; neſſun ſi trova
Oggi amator fedel fra tutti gli uomini .
Sim. *D' Andria è queſta ſerva : non ti pare ?*
Dav. *Così giudico anch' io .*
Miſ. *Ma Panfilo non è di queſta ſorta .*
Sim. *Che dice ?* Miſ. *Le diè fè ſicura , e ſtabile .*
Sim. *Come !* Dav. *Voleſſe il Cielo ,*
Che foſſe ſordo queſti , o muta quella .
Miſ. *Che qual partorirà maſchio , o donzella ,*
Si allevi , e ſi nutriſca .
Sim. *O Giove ! e che coſa è quel , che ora aſcolto !*
Io ſon perduto , ſe coſtei non mente .
Lesb. *Tu mi racconti un natural benigno*
Di queſto Giovanetto . Miſ. *Ottimo al certo .*
Ma ſieguimi tu dentro , acciocchè quella
Non ci aſpetti quel più . Lesb. *Ecco ti ſeguo .*
Dav. *A queſto mal qual troverò rimedio ?*
Sim. *Che ſtrana coſa mai ! Dunque è sì pazzo ,*

Che


Adeon' eſt demens? ex peregrina [1]? jam ſcio: ah!
Vix tandem ſenſi ſtolidus. *Dav.* Quid hic ſenſiſſe [2], ait?
Sim. Haec primum adfertur jam mihi ab hoc fallacia.
Hanc ſimulant parere, quo Chremetem abſterreant.
Gly. Juno [3] Lucina fer opem. ſerva me obſecro.
Sim. Hui, tam cito? ridiculum. poſtquam ante oſtium
Me audivit ſtare, approperat [4]. non ſat commode
Diviſa ſunt temporibus tibi, Dave, haec. *Dav.* Mihin'?
Sim. Num immemor es diſcipuli? *Dav.* Ego, quid narres, neſcio.
Sim. Hiccine ſi me imparatum [5] in veris nuptiis
Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet?
Nunc hujus periclo [6] fit. ego in portu navigo.

VARIANTES LECTIONES

1 ex peregrina, jam ſcio. 2 ſenſiſſe ſe, ait? 3 *Gly. intus.* Juno &c.
4 adproperat. 5 me ſi imparatum. 6 hujus periculo.

Che d' una peregrina...
Ma già capiſco, e finalmente adeſſo
Appena io l' ho compreſo: oh ſon pur buono!
Dav. *Che coſa dice mai di aver compreſo?*
Sim. *E' queſto il primo inganno: il ſimulare,*
Che coſtei partoriſca, onde Cremete
Allontanin quel più dal dargli moglie.
Glic. *Giunon Lucina aitami, ti prego,*
Acciocchè io non periſca.
Sim. *Uh, uh, sì preſto? oh coſa aſſai ridicola!*
Appena ella m' udì preſſo alla porta,
Che affretta il parto. Davo, queſte coſe
Non hai diviſe bene a' tempi loro.
Dav. *A me tu dici queſto?*
Sim. *Che? ſcordato or ti ſei dello Scolare?*
Dav. *Non ſo quel, che racconti.*
Sim. *Affè, che s' eran vere queſte nozze,*
E coſtui m' aſſalia sì ſpenſierato,
Quante beffe di me ſi ſaria fatte!
Or và tutta la coſa a riſchio ſuo,
Che in quanto a mè già navigo nel porto.

Ter. Andr. Fig. XV.



Act. III. Scena II.

Leſ. ADhuc, Archillis, quae adſolent, quaeque oportet,
Signa ad ſalutem eſſe [1], omnia huic eſſe video.
Nunc primum fac, iſthaec ut lavet; poſt deinde,
Quod juſſi, ei date [2] bibere, & quantum imperavi,
Date: mox ego huc revertor [3].
Per caſtor ſcitu' puer natu' eſt Pamphilo [4].
Deos quaeſo, ut ſit ſuperſtes: quandoquidem ipſe eſt ingenio bono,
Cumque huic veritus eſt optumae adoleſcenti [5] facere injuriam.
Sim. Vel hoc quis non credat, qui norit te [6], abs te eſſe ortum? *Dav.* Quidnam id eſt?
Sim. Non imperabat coram, quid opus facto eſſet puerperae [7]:
Sed

VARIANTES LECTIONES

1 Signa eſſe ad ſalutem. 2 Quod juſſi ei dari bibere. 3 revertar. 4 ſcitus puer natus eſt Pamphilo. 5 optimae aduleſcenti. 6 qui te norit. 7 puerperae?

Lesbia, Simone, e Davo.

Lesb. *ARchilli, arreca quà tutte le coſe,*
Che ſoglion biſognar. Qualunque ſegno,
Che dimoſtri ſalute, io vedo in lei:
Si lavin queſte coſe avanti a tutto;
Poi le ſi dia da ber quello, che ho detto,
E non più le ſi dia di quel, che ho detto.
In breve tornerò. Che bel fanciullo
A Panfilo, per Caſtore, egli è nato!
Vi prego, o Dei, che lungo tempo ei viva:
Poichè egli è figlio d'un così buon Padre,
Che temè contriſtar sì buona giovane.
Sim. *E chi non crederà, che queſto imbroglio*
Tutto da te non naſca? Dav. *E che è mai queſto?*
Sim. *Alla parturiente non diceva*
Ciò, che era di biſogno, e uſcita fuora
A que'

Sed poſtquam egreſſa eſt, illis, quae ſunt intus, clamat de via.
O Dave, itan' contemnor abs te? aut itane tandem idoneus
Tibi videor eſſe, quem tam aperte fallere incipias dolis?
Saltem accurate, ut metui videar certe, ſi reſciverim.
Dav. Certe hercle nunc hic ſe ipſus fallit, haud ego [1]. *Sim.* Edixin' tibi?
Interminatus ſum, ne faceres? num veritus? quid rettulit [2]?
Credon' tibi hoc nunc, peperiſſe hanc e Pamphilo?
Dav. Teneo, quid erret: quid ego agam [3], habeo. *Sim.* Quid taces?
Dav. Quid credas? quaſi non tibi renunciata ſint haec, ſic fore.
Sim. Mihin' quiſquam? *Dav.* Eho, an tute intellexti hoc adſimulari [4]? *Sim.* Irrideor.
Dav. Renunciatum eſt: nam qui iſthaec tibi incidit ſuſpicio?
Sim. Qui? quia te noram. *Dav.* Quaſi tu dicas, factum id conſilio meo.
Sim. Certe enim ſcio. *Dav.* Non ſatis me pernoſti etiam, qualis ſim, Simo.
Sim. Egone te? *Dav.* Sed, ſi quid narrare occoepi, continuo dari
Tibi verba cenſes [5]. *Sim.* Falſo. *Dav.* Itaque hercle nihil jam mutire audeo.
Sim. Hoc ego ſcio unum, neminem peperiſſe hic. *Dav.* Intellextin'?
Sed nihilo ſeciu' mox deferent puerum huc ante oſtium [6].
Id ego jam nunc tibi renuncio, here [7], futurum; ut ſis ſciens;

Ne

VARIANTES LECTIONES

1 ipſus ſe fallit, haut ego. 2 Interminatus ſum ne faceres; num veritus, quid rem tulit? 3 quid agam habeo. 4 adſimularier? *Sim.* Inrideor. *Dav.* Denuntiatum eſt; 5 Sed ſiquid tibi narrare coepi, continuo dare tibi verba, cenſes. 6 Intellexti. Sed nihilo ſecius puerum deferent huc ante oſtium. 7 tibi here renuncio futurum.

A que' di dentro parla dalla ſtrada!
Così, Davo, mi burli? e tal mi credi
Da ingannarmi con tanta sfacciataggine?
Almeno uſa un po' d' arte nel beffarmi,
E moſtra quel timor, che tu non hai.
Ma ſe io ben mi chiariſco.... Dav. *Certamente*
Da ſe queſti s' inganna, e non ſon' io
Quegli, che inganna lui.
Sim. *Non te lo diſſi io prima,*
E non ti minacciai,
Perchè tu non faceſſi inganno alcuno?
Ma tu qual tema aveſti? o ciò che valſe?
Ti credi tu, che io poſſa creder mai,
Che partorito queſta abbia di Panfilo?
Dav. *Io veggio l' error ſuo, e veggio ancora*
Quello, che debbo far. Sim. *Che non riſpondi?*
Dav. *Per qual ragion tu il creda?*
Quaſi che a te per ordine, e per filo
Non ſia ſtato ridetto, che doveano
Andar le coſe, come andate ſono.
Sim. *A me ſon ſtate dette?* Dav. *Oh che miracoli!*
Che avrebbon finto ciò, tu non ſapevi?
Sim. *Son da coſtui ſchernito.*
Dav. *Ti fu detto ſicuro: che altrimenti*
Donde naſcer potea il tuo ſoſpetto?
Sim. *Donde poteva? dal conoſcer Davo.*
Dav. *Quaſi ciò fatto ſia per mio conſiglio.*
Sim. *Di queſto non ne dubito.* Dav. *Si vede,*
Che ben qual io mi ſia, tu ancor non ſai.
Sim. *Non ſo quel, che tu ſei?*
Dav. *Che ſe comincio a dirti qualche coſa,*
Credi, che io venga a venderti paſtocchie.
Sim. *Ingannator.* Dav. *Quindi è, che io non m' arriſchio*
Ad aprir bocca. Sim. *Io non ſo tante coſe;*
So ben, che quì neſſuna ha partorito.
Dav. *Hai inteſo? lo vedrai, che or or ſull' uſcio*
Porteranno il fanciullo:
Io te lo dico avanti, onde tu il ſappia,

Ne

Ne tu hoc mihi poſterius dicas Davi factum conſilio, aut dolis.
Prorſus a me opinionem hanc tuam eſſe ego amotam volo.
Sim. Unde id ſcis? *Dav.* Audivi, & credo. multa concurrunt ſimul,
Qui conjecturam hanc nunc facio. jam primum [1] haec, ſe e Pamphilo
Gravidam, dixit, eſſe. inventum eſt falſum. nunc, poſtquam videt,
Nuptias domi apparari, miſſa eſt ancilla illico
Obſtetricem accerſitum ad eam, & puerum ut adferret ſimul.
Hoc niſi fit, puerum ut tu videas, nil moventur nuptiae.
Sim. Quid ais? cum intellexeras
Id conſilii [2] capere, cur non dixti extemplo Pamphilo?
Dav. Quis igitur eum ab illa abſtraxit, niſi ego? nam omnes nos quidem
Scimus, quam miſere hanc amarit: nunc ſibi uxorem expetit.
Poſtremo id mihi da negoti. tu tamen idem [3] has nuptias
Perge facere ita, ut facis: & id ſpero adjuturos deos.
Sim. Imo abi intro. ibi me opperire; &, quod parato opus eſt, para.
Non impulit me, haec nunc omnino ut crederem [4].
Atque haud ſcio, an, quae dixit, ſint vera omnia:
Sed parvi pendo. illud mihi multo maxumum eſt,
Quod mihi pollicitu' eſt ipſus [5] gnatus: nunc Chremem
Conveniam: orabo gnato uxorem: id [6] ſi impetro,

Quid

VARIANTES LECTIONES

1 jam prius. 2 Id conſilium capere. 3 negotii: tu tamen has nuptias.
4 ut crederem? 5 pollicitus eſt ipſe gnatus. 6 *Deeſt* id *in Cod.*

Ne dica dopo, che ella è mia farina:
La qual falſa credenza onninamente
Voglio, che ſia da te, Simon, lontana.
Sim. *E donde lo ſapeſti?*
Dav. *Mi fu detto, e lo credo,*
E molte, e varie coſe in un s' accozzano,
Onde ne naſce queſta congettura.
In primis diſſe quella d' eſſer gravida
Di Panfilo; e fu falſo: Adeſſo poi,
Che vede in caſa tua, che ſi preparano
Le nozze; ella per mezzo della ſerva
Ha mandato a chiamar la levatrice
Subitamente, e vuol, che porti ſeco
Il fanciullino. Se tu non lo vedi,
Non naſcerà diſturbo a queſte nozze.
Sim. *Che dici tu? ma quando ti fu noto,*
Che tal conſiglio eſſe volevan prendere,
Perchè a Panfilo toſto nol diceſti?
Dav. *E chi lo ſvelſe mai dal ſen di quella,*
Se non che io? ben ſa tutto il paeſe,
Quanto perdutamente egli l' amava;
Ora vuol prender moglie. Finalmente
Laſcia la cura a me di queſto affare:
Però tu tira avanti queſte nozze,
Come fai, e gli Dei daranci aita.
Sim. *Or sù và dentro in caſa, e lì m' aſpetta,*
E prepara le coſe biſognevoli.
Non m' ha indotto egli a creder queſte coſe
Affatto, e temo, che ſian molto falſe.
Ma queſto che rileva? io fo gran caſo
Della parola datami dal figlio.
Adeſſo voglio ritrovar Cremete;
E vo' pregarlo, acciocchè ſi contenti
Di dare al figlio mio la ſua figliuola:

Se

Quid alias malim, quam hodie has fieri nuptias [1]?
Nam gnatus quod pollicitu' eſt, haud dubium eſt mihi [2],
Si nolit, quin eum merito poſſim cogere.
Atque adeo in tempore eccum [3] ipſum obviam Chremem.

VARIANTES LECTIONES

1 fieri has nuptias? 2 id mihi. 3 cogere, atque adeo ipſo tempore. Eccum &c.

Se impetrerò tal grazia, e che più voglio,
Che oggi far queſte nozze? perchè il figlio
Di certo manterrà quel, che ha promeſſo:
Se muteraſſi poi; avrò ben modo
Da forzarlo a far quel, ch' egli promiſe.
Ed ecco che Cremete incontro viemmi.

Sim. Jubeo

Ter. Andr. Fig. XVI.

SIMO CHREMES



Act. III. Scena III.

Sim. JUbeo Chremetem. *Chr.* Oh, te ipſum quaerebam. *Sim.* Et ego te.
Chr. Optato advenis.
Aliquot me adiere [1], ex te auditum qui ajebant, hodie filiam
Meam nubere tuo gnato: id viſo, tune, an illi inſaniant.
Sim. Auſculta pauca: & quid ego te velim, & tu, quod quaeris, ſcies.
Chr. Auſculto: loquere, quid velis.
Sim. Per te deos oro, & noſtram amicitiam Chreme [2],
Quae incepta a parvis cum aetate accrevit [3] ſimul,
Perque unicam gnatam tuam, & gnatum meum,

Cujus

VARIANTES LECTIONES

1 adierunt. 2 Chremes. 3 adcrevit.

Simone, Cremete.

Sim. C*Remete, io ti ſaluto.*
Crem. O*h, ti cercava appunto.*
Sim. *Ed all' incontro io te.* Crem. *Bramato vieni.*
Più d' uno è ſtato a ritrovarmi a caſa,
Per dirmi, che da te ſaputo aveva,
Che a Panfilo tuo figlio io davo in moglie
Oggi la figlia mia:
Perciò vengo a ſapere,
Se tu, o quei perduto hanno il cervello.
Sim: *Aſcolta due parole, e quel che io voglia,*
E quello, che tu cerchi ancor ſaprai.
Crem. *Aſcolto: Parla pur ciò, che tu vuoi.*
Sim. *Ti prego per gli Dei, e per la noſtra*
Amicizia, Cremete, la qual nacque
Fin dagli anni più teneri, e poi crebbe
Con gli anni inſieme; e ti ſcongiuro ancora
Per l' unica tua figlia, e pel mio figlio,

Lo qual

Cujus tibi poteſtas ſumma ſervandi datur;
Ut me adjuves in hac re, atque ita, uti [1] nuptiae
Fuerant futurae, fiant. *Chr.* Ah, ne me obſecra:
Quaſi hoc te orando a me impetrare [2] oporteat.
Alium eſſe cenſes nunc me, atque olim, cum dabam?
Si in rem eſt utrique, ut fiant, accerſi jube.
Sed ſi ex ea re plus mali eſt, quam commodi
Utrique; id oro te [3], in commune ut conſulas,
Quaſi illa tua ſit, Pamphilique ego ſim pater.
Sim. Imo ita volo: itaque poſtulo ut fiat, Chreme:
Neque poſtulem abs te, niſi ipſa res moneat. *Chr.* Quid eſt?
Sim. Irae ſunt inter Glycerium & gnatum. *Chr.* Audio.
Sim. Ita magnae, ut ſperem poſſe evelli. *Chr.* Fabulae.
Sim. Profecto ſic eſt. *Chr.* Sic hercle, ut dicam tibi:
Amantium irae amoris integratio eſt.
Sim. Hem, id te oro, ut ante eamus, dum tempus datur,
Dumque ejus lubido [4] occluſa eſt contumeliis,
Prius quam harum ſcelera, & lacrumae confictae dolis
Reducunt animum aegrotum ad miſericordiam.
Uxorem demus. ſpero conſuetudine, &
Conjugio liberali devinctum, Chremes,

Dehinc

VARIANTES LECTIONES.

1 ut 2 impetrare a me. 3 id te oro. 4 libido.

Lo qual tu ſolo conſervar mi puoi,
Che tu mi porga ajuto, e facci in modo,
Che quelle nozze, che dovevan' eſſere,
Si facciano una volta. Crem. *E tu mi preghi?*
Quaſichè in ciò biſognino preghiere.
Ti credi tu, che io ſia fatto diverſo
Oggi da quel d' un tempo fa, quand' io
Te la dava? ſe ella è coſa, o Simone,
Che convenga ad entrambo, io non ricuſo
Le nozze, e fa venir quì la mia figlia:
Ma ſe da ciò n' avrem più mal, che comodo;
Io prego te, che al ben comun riguardi,
E che ti ponga tu ne' piedi miei;
Quaſi tu Padre ſii di Filumena,
Ed io ne' tuoi porrommi, quaſi ſia
Genitore di Panfilo. Sim. *Anzi queſto*
Egli è quello, che io voglio: onde ti prego,
Che facciaſi, Cremete, e ti prometto
Di chiederti ſol quello, che richiede
La coſa ſteſſa. Crem. *E che c' è egli?*
Sim. *Aſcolta:*
Ci ſono ſdegni tra Glicerio, e Panfilo.
Crem. *Intendo.* Sim. *E così grandi, che ho ſperanza*
Di poterlo ſtaccar dall' amor ſuo.
Crem. *Favole.* Sim. *Egli è per certo quel, che io dico.*
Crem. *Certo? t' inganni. Non ſai tu, che ſono*
L' ire, che naſcon fra gl' innamorati,
Il rinforzo d' amore?
Sim. *Perciò ti prego, che noi andiamo avanti,*
Mentre c' è tempo, e che il ſuo caldo amore
Vien raffreddato dall' avute ingiurie;
E prima, che le ſcellerate donne,
E le lagrime finte, ed ingannevoli
Richiamino a pietà ſua mente inferma,
Diamogli moglie. In queſto modo io ſpero,
Che tra il conviver ſeco, il ſanto nodo

Del

Dehinc [1] facile ex illis ſeſe emerſurum malis.
Chr. Tibi ita hoc videtur. at ego non poſſe arbitror,
Neque illum hanc perpetuo habere, neque me perpeti.
Sim. Qui ſcis ergo iſthuc, niſi periclum feceris?
Chr. At iſthuc periclum in filia fieri, grave eſt.
Sim. Nempe incommoditas denique huc omnis redit;
Si eveniat, quod di prohibeant, diſceſſio.
At ſi corrigitur, quot commoditates, vide.
Principio amico filium reſtitueris:
Tibi generum firmum, & filiae invenies virum.
Chr. Quid iſthic? ſi ita iſtuc animum induxti eſſe utile,
Nolo tibi ullum commodum in me claudier.
Sim. Merito te ſemper maxumum feci Chreme.
Chr. Sed quid ais [2]? *Sim.* Quid? *Chr.* Qui ſcis eos nunc diſcordare inter ſe?
Sim. Ipſu' mihi Davus, qui intimu' eſt [3] eorum conſiliis, dixit:
Et is mihi ſuadet, nuptias, quantum queam, ut maturem.
Num cenſes faceret, filium niſi ſciret eadem haec velle?
Tute adeo jam ejus audies verba. heus, evocate huc Davum.
Sed eccum, video [4] ipſum foras exire.


VARIANTES LECTIONES

1 Dein facile. 2 Sed quid agis? 3 Ipſus mihi Davus, qui intimus. 4 Atque eccum video.

Del matrimonio uſcirà fuor d' intrighi.
Crem. *A te ſembra così; ma io già non credo,*
Che egli ſeco ſtarà lunga ſtagione,
Ne io ſopporterollo.
Sim. *Ma come lo ſai tu, ſe non ſi prova?*
Crem. *Ma grave una tal prova è nella figlia.*
Sim. *Talchè tutto l' incomodo riduceſi,*
Che naſca fra di lor qualche ſciſſura,
Che nol voglian li Dei: ma, ſe per ſorte
Ciò non avviene, oh quanti beni, oh quanti
Comodi, oſſerva, che verranno a noi!
Prima a un amico renderai un figlio,
E per te troverai un fermo genero,
Ed alla figlia tua un buon marito.
Crem. *Che più parole? Se tu credi certo,*
Che queſto util ti ſia, chiuder non voglio
La porta a' tuoi vantaggi. Sim. *Con ragione*
Cremete ebbi di te ſempre gran ſtima.
Crem. *Ma che dì tu?* Sim. *Che coſa?* Crem. *E qual certezza*
Hai tu dell' ire, che ora ſon fra loro?
Sim. *Lo ſteſſo Davo a me l' ha detto, Davo,*
Ch' è de' ſegreti lor conſigli a parte:
Ed egli è quei, che m' anima, e mi ſprona
Ad affrettar, quanto ſi può, le nozze.
Il che non farebbe egli in modo alcuno,
Se non ſapeſſe il genio di mio figlio.
Ma meglio è, che tu l' oda da te ſteſſo.
Olà, ſi chiami Davo, ed ecco appunto,
Ch' io lo veggio uſcir fuora.

Dav. Ad

Ter. Andr. Fig. XVII.



Dav. AD te ibam . *Sim.* Quidnam eſt ?
Dav. Cur non accerſitur ? jam adveſperaſcit. *Sim.* Audin' tu illum ?
Ego dudum non nil [1] veritus ſum , Dave , abs te , ne faceres idem,
Quod volgus ſervorum ſolet , dolis ut me deluderes [2] ,
Propterea quod amat filius . *Dav.* Egon' iſtuc facerem ? *Sim.* Credidi :
Idque adeo metuens vos celavi , quod nunc dicam . *Dav.* Quid ? *Sim.* Scies :
Nam propemodum habeo tibi jam fidem . *Dav.* Tandem agnoſti [3] , qui ſiem.
Sim. Non fuerant nuptiae futurae . *Dav.* Quid ? non [4] ? *Sim.* Sed ea gratia
Simulavi , ut vos pertentarem [5] . *Dav.* Quid ais ? *Sim.* Sic res eſt . *Dav.* Vide :
Nunquam quivi ego iſthuc [6] intellegere . vah conſilium callidum !

Sim. Hoc

VARIANTES LECTIONES

1 nonnihil . 2 luderes ; 3 cognoſti .
4 Quid non ? 5 pertemptarem . 6 umquam iſtuc quivi ego .

Davo , Simone , e Cremete :

Dav. *Appunto io ti cercava* . Sim. *E a qual cagione ?*
Dav. *Dove è la Spoſa ? non ſi chiama ancora ?*
E già ne vien la notte .
Sim. *Odi tu quel , che dice ? Fino ad ora*
Ebbi , Davo , di te timor non poco ,
Che non faceſſi il ſolito de' ſervi ,
Cioè che m' aggiraſſi con inganni ,
Per favorir l' innamorato figlio .
Dav. *Che io poteſſi ciò fare ?* Sim. *Io lo credei ,*
E perciò quello , che io dirotti adeſſo ,
Temendone , a ciaſcun finor celai .
Dav. *Che coſa ?* Sim. *La ſaprai ;*
Poichè quaſi or comincio a darti fede .
Dav. *Pur conoſceſti al fin , qual' io mi ſia .*
Sim. *Ma non dovean ſucceder queſte nozze .*
Dav. *Come ? no ?* Sim. *Ma ciò finſi a ſol riguardo*
Di tentar tutti voi . Dav. *Che è quel , che dici ?*
Sim. *Così per certo .* Dav. *Oh io per modo alcuno*
Non me n' accorſi . Oh che conſiglio aſtuto !

Sim. *Or*


Sim. Hoc audi. ut hinc te juſſi introire [1], opportune hic ſit mihi obviam.
Dav. Hem, numnam periimus [2]? *Sim.* Narro huic, quae tu dudum narraſti mihi.
Dav. Quidnam audio? *Sim.* Gnatam ut det oro, vixque id exoro. *Dav.* Occidi.
Sim. Hem, quid dixti? *Dav.* Optume [3] inquam factum. *Sim.* Nunc per hunc nulla eſt mora.
Chr. Domum modo ibo: ut apparentur, dicam; atque huc renuncio.
Sim. Nunc te oro, Dave, quoniam ſolus mihi effeciſti has nuptias...
Dav. Ego vero ſolus. *Sim.* Corrigere mihi gnatum porro enitere.
Dav. Faciam hercle ſedulo. *Sim.* Potes nunc, dum animus irritatus eſt [4].
Dav. Quieſcas. *Sim.* Age igitur: ubi nunc eſt ipſus? *Dav.* Mirum, ni domi eſt.
Sim. Ibo ad eum, atque eadem haec, quae tibi dixi, dicam itidem illi. *Dav.* Nullus ſum.
Quid cauſſae eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar via?
Nihil eſt preci loci relictum: jam perturbavi omnia:
Herum feſelli: in nuptias conjeci herilem filium:
Feci hodie, ur fierent, inſperante hoc, atque invito Pamphilo.
Hem aſtutia! quod ſi quieſſem, nihil eveniſſet mali.
Sed eccum, ipſum [5] video: occidi:
Utinam mihi eſſet aliquid hic, quo nunc me praecipitem darem.

VARIANTES LECTIONES

1 introire juſſi. 2 perimus. 3 Optime. 4 inritatus eſt. 5 Sed eccum ipſum video: occidi.

Sim. *Or odi, Davo, come andò la coſa.*
Quando io ti comandai, che tu quà dentro
Entraſſi, mi ſi fè queſto altro incontro
Molto opportunamente. Dav. *Oimè ſiam' morti!*
Sim. *E ciò, che a me narraſti, a lui racconto.*
Dav. *Oh Ciel che aſcolto!* Sim. *Quanto ſo, lo prego*
Di dare al figlio mio la figlia ſua,
E con ſtento l' impetro. Dav. *Eccomi morto!*
Sim. *Che hai detto?* Dav. *Che fatto hai bene beniſſimo.*
Sim. *Or per lui non ſi manca.* Crem. *Anderò dunque*
Speditamente a caſa a dir, che all' ordine
Tutto ſi ponga, e quindi a te ritorno.
Sim. *Ora, Davo, ti prego, poichè ſolo*
M' hai tu condotte queſte nozze a fine...
Dav. *Certamente ſol' io.* Sim. *Che tu ti sforzi*
Di correggermi il figlio. Dav. *Il farò certo,*
E lo farò con ſtudio. Sim. *E con profitto*
Or che dall' ira è tocco. Dav. *Stà pur cheto.*
Sim. *T' accingi dunque all' opra: ed egli intanto*
Ove ſi trova? Dav. *Certamente in caſa:*
Che miracol ſaria, ſe foſſe altrove.
Sim. *Andrò dunque a trovarlo, e queſte coſe*
A lui dirò, le quai da me hai ſentite.
Dav. *Son ridotto al nulla.*
E perchè da me ſteſſo a dirittura
Non vado nel mulino a volger macine?
Non ci è luogo a preghiera: il tutto ho guaſto:
Ho ingannato il Padrone, e ho dato moglie,
Non volendo, al ſuo figlio, e non credendolo.
Ecco il bel frutto delle mie triſtizie!
Quanto era meglio, che taciuto aveſſi!
Ma eccolo, che viene; oimè ſon morto!
Voleſſe il Ciel, che io mi trovaſſi il luogo
Alto, e profondo da gettarmi a baſſo.

Pam. Ubi



Pam. UBi illic ſcelus eſt [1], qui me perdidit? *Dav.* Perii. *Pam.* Atque hoc confiteor,
Jure obtigiſſe [2]: quandoquidem tam iners, tam nulli conſili [3]
Sum. ſervon' fortunas meas me commiſiſſe futili?
Ergo pretium ob ſtultitiam fero: ſed inultum id nunquam a me auferet [4].
Dav. Poſthac incolumem ſat ſcio fore me, nunc ſi evito [5] hoc malum.
Pam. Nam quid ego nunc dicam patri? negabon' velle me, modo
Qui ſum pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeam?
Nec, quid me nunc faciam, ſcio. *Dav.* Nec de me equidem, atque id ago ſedulo.
Dicam, aliquid jam inventurum [6], ut huic malo aliquam producam moram.
Pam. Oh. *Dav.* Viſus

VARIANTES LECTIONES

1 eſt ſcelus, 2 Jure mihi obtigiſſe. 3 nullius conſilii. 4 numquam auferet.
5 devito. 6 Nec quidem me; atque id ago ſedulo, dicam, aliquid me inventurum.

Panfilo, e Davo.

Panf. D*ove è lo ſcellerato, che m' ha poſto*
Nell' ultima rovìna? Dav. *Io ſon perduto!*
Panf. *Ma molto ben ciò ſtammi: ogni qual volta*
Io fui sì ſciocco, e di niun conſiglio,
Che le fortune mie ripoſi in mano
D' un ſervo ſi leggiero: e queſto è il prezzo,
Che ora ritraggo dalla mia ſtoltezza.
Ma non andronne invendicato al certo.
Dav. *S' eſco io da queſto mal felicemente,*
Non temo in avvenire.
Panf. *E che farò per dire adeſſo al Padre?*
Gli dirò non volerla, io che pur ora
Gli ho detto di volerla?
Con qual franchezza ardirò mai far queſto?
Non ſo quel, che io far deggia.
Dav. *Non lo ſo ne pur io; e a queſto penſo.*
Prometterò di ritrovar tal coſa
Da trattener la mia ſventura alquanto.
Panf. *Ohi!*

Dav. Viſus ſum. *Pam.* Ehodum bone vir, quid ais? viden' me conſiliis tuis [1]
Miſerum impeditum eſſe? *Dav.* At jam expediam. *Pam.* Expedies? *Dav.* Certe Pamphile.
Pam. Nempe, ut modo. *Dav.* Immo melius ſpero. *Pam.* Oh! tibi ego ut credam, furcifer?
Suam ne ajebat eſſe? *Cri.* Non. *Chr.* Cujam igitur? *Cri.* Fratris filiam.
Chr. Certe mea eſt. *Cri.* Quid ais? *Sim.* Quid tu? quid ais [2]? *Pam.* Arrige aures, Pamphile.
Sim. Qui credis? *Chr.* Phania ille frater meus fuit. *Sim.* Noram, & ſcio.
Chr. Is hinc bellum fugiens, meque in Aſiam perſequens, proficiſcitur.
Tum illam hic relinquere eſt veritus. poſt illa nunc primum audio,
Quid illo ſit factum. *Pam.* Vix ſum apud me. ita animus commotus eſt metu,
Spe, gaudio, mirando hoc, tanto, tam repentino bono.
Sim. Nae iſtam multimodis [3] tuam inveniri gaudeo. *Pam.* Credo, pater
Chr. At mihi unus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet. *Pam.* Dignus es
Cum tua religione odium. nodum in ſcirpo quaeris. *Cri.* Quid iſtud eſt?
Chr. Nomen non convenit. *Cri.* Fuit hercle aliud huic parvae [4]. *Chr.* Quod Crito?
Nunquid meminiſti? *Cri.* Id quaero. *Pam.* Ego ne hujus memoriam patiar meae
Voluptati obſtare, cum egomet poſſim in hac re medicari mihi?
Non patiar. heus Chreme: quod quaeris, Paſibula [5]. *Cri.* Ipſa eſt. *Chr.* Ea eſt.
Pam. Ex ipſa millies audivi. *Sim.* Omneis nos gaudere hoc Chreme.

Te

VARIANTES LECTIONES

1 quid eam tum ſuam ne eſſe ajebat? 2 Quid tu ais? 3 Sane iſtam multis modis. 4 huic aliud parvae. 5 Paſibula eſt.

Cri. *E queſte coſe iſteſſe*
Molt' altri in Andro, e da più d' un le udiro.
Crem. *Voglia il Cielo, che ſia quello che io ſpero.*
Orsù, dimmi, qual eſſere colei
Egli diceva? La chiamava ſua?
Cri. *No.* Crem. *Di chi dunque?* Cri. *Ei la chiamava figlia*
D' un ſuo fratello. Crem. *Ella è certo la mia.*
Cri. *Che dici?* Sim. *Come tua? e che ragioni?*
Panf. *Alza l' orecchie, o Panfilo.*
Sim. *Che coſa tu ne credi?*
Crem. *Quel Fania, che morì, fu mio fratello.*
Sim. *Il ſeppi, e ſollo.* Crem. *Ora coſtui, fuggendo*
La guerra, ſi partì d' Atene, e volle
Me ſeguitare in Aſia, e timor ebbe
Di laſciar quì la fanciulletta: Dopo
Che ſi foſſe di lui non ſeppi mai,
Ed or l' intendo per la prima volta.
Panf. *Non ſo, dove io mi ſia; così commoſſa*
L' alma mi ſento da timore, e ſpeme,
E da piacer per sì maraviglioſa
Avventura, e sì grande, e sì improviſa.
Sim. *Che coſtei per più vie ſi trovi tua,*
Molto ne godo. Panf. *Ed io, Padre, tel credo.*
Crem. *Ma pure un dubbio ſolo ancor mi reſta,*
Che mi tormenta. Panf. *Quanto degno ſei*
D' odio con queſti ſcrupoli ſoverchi,
Nodi cercando nel pieghevol giunco.
Cri. *E che dubbio è mai queſto?* Crem. *Non conviene*
Della fanciulla il nome. Cri. *Certamente*
Un altro ella n' avea. Crem. *Te ne ricordi?*
Cri. *Ci vo penſando.* Panf. *Ed io vorrò, che fermi*
Il corſo al mio piacer la ſua memoria?
Quando in ciò poſſo a me recar ſollievo,
Non lo farò? Odi, Cremete, il nome,
Che cerchi della giovane è Paſibula.
Cri. *E' deſſa.* Crem. *Appunto è quella.* Panf. *Mille volte*
L' udii dalla ſua bocca. Sim. *Tutti noi,*
Io penſo, che tu creda, o buon Cremete,

Che

Te credo credere. *Chr.* Ita me dii ament[1], credo. *Pam.* Quid reſtat, pater?
Sim. Jam dudum res reduxit me ipſa in gratiam. *Pam.* Oh lepidum patrem!
De uxore ita, ut poſſedi, nihil mutat Chremes. *Chr.* Cauſſa optuma eſt:
Niſi quid pater aliud ait. *Pam.* Nempe? *Sim.* Scilicet. *Chr.* Dos, Pamphile, eſt
Decem talenta. *Pam.* Accipio. *Chr.* Propero ad filiam. eho mecum Crito:
Nam illam me haud noſſe credo[2]. *Sim.* Cur non illam huc transferri jubes?
Pam. Recte admones. Davo ego iſtuc dedam jam negoti[3]. *Sim.* Non poteſt.
Pam. Qui[4]? *Sim.* Quia habet aliud magis ex ſeſe, & majus. *Pam.* Quidnam? *Sim.* Vinctus eſt.
Pam. Pater, non recte vinctus eſt. *Sim.* Haud ita juſſi. *Pam.* Jube ſolvi, obſecro.
Sim. Age, fiat. *Pam.* At matura. *Sim.* Eo intro. *Pam.* Oh fauſtum, & felicem hunc diem. *

VARIANTES LECTIONES

1 Ita me di bene ament. 2 me credo haud noſſe. 3 negotii. 4 Qui non poteſt?


Che abbiam di queſta coſa alto piacere.
Crem. *Così m' amin gli Dei, come io lo credo.*
Panf. *Dunque che reſta o Padre?*
Sim. *Già il fatto iſteſſo mi t' ha poſto in grazia.*
Panf. *O dolce, o caro padre. Il buon Cremete*
Della moglie finora ſtata mia
Coſa alcuna non muta. Crem. *E di ciò fare*
Ne ho tutte le ragioni, ogni qual volta
Altrimente non voglia il Padre tuo.
Panf. *Come a dire?* Sim. *Cioè...* Crem. *Dieci talenti*
Sono la dote ſua. Panf. *Ed io l' accetto.*
Crem. *Corro alla figlia: e tu Criton vien meco,*
Perchè non credo, che ella mi conoſca.
Sim. *E perchè non comandi, che condotta*
Ella ſia qua da noi? Panf. *Tu dici bene,*
Ed a Davo ſi dia queſta incumbenza.
Sim. *Eſeguir non la puote.* Panf. *E perchè queſto?*
Sim. *Perchè egli ha molti ſuoi negozj proprj*
E maggiori d' ogn' altro. Panf. *E quali ſono?*
Sim. *Sta carco di catene.* Panf. *Troppo a torto,*
Padre, l' incatenaſti. Sim. *In altra forma*
Fu il mio comando. Panf. *E tu comanda adeſſo,*
E te ne prego, ch' egli ſia diſciolto.
Sim. *Orsù ſi ſciolga.* Panf. *Ma fà preſto, o Padre.*
Sim. *Già me ne vado or dentro.*
Panf. *Oh chiaro, e lieto, o fortunato giorno!*

N O T AE

* In Codice Vaticano quum non dividatur hic Scena, deeſt in ſequenti Tabula, quam nos de more ſupplevimus.

Dav. Pam-

Ter. Andr.



Act. V. Scena V.

Char. Proviſo, quid agat Pamphilus: atque eccum. *Pam.* Aliquis forſan [1] me putet
Non hoc putare [2] verum: at mihi nunc ſic eſſe hoc verum lubet.
Ego vitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,
Quod voluptates eorum propriae ſunt. nam mihi immortalitas
Parta eſt, ſi nulla huic aegritudo gaudio [3] intercesserit.
Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi [4], cui haec narrem, dari?
Char. Quid illuc gaudi eſt? *Pam.* Davom video. nemo eſt, quem mallem [5], omnium:
Nam hunc ſcio mea ſolide ſolum gaviſurum eſſe gaudia [6].

VARIANTES LECTIONES


1 forſitan. 2 Non putare hoc verum. At mihi nunc eſſe hoc. *Sic etiam legit Camus*
3 aegritudo huic gaudio. 4 mihi exoptem nunc. 5 malim. 6 gaviſurum gaudia.

Carino, e Panfilo.

Car. *Vengo a veder quello che faccia Panfilo;*
Ed eccolo. Panf. *Alcun forſe*
Penſerà, ch' io non creda a un tanto bene:
Ma io ſo, che il credo, e 'l crederlo mi piace.
Or ſo, perchè la vita degli Dei
E' immortale; perchè tutta è piacere:
Poichè, ſe a queſto mio contento eſtremo,
Che or mi ricolma, non aggiugne amaro
La rea fortuna, io ſon fatto immortale.
Ma degli amici miei qual più vorria,
Per narrargli un ſucceſſo sì felice!
Car. *Donde nata è in coſtui tanta allegrezza?*
Panf. *Ma veggio Davo. Non è uomo in terra,*
Che io più voleſſi; perchè ſon ſicuro,
Come egli ſolo goderà davvero
Nelle fortune mie.

Dav. Pam-

Ter. Andr. Fig. XXX.



Act. V. Scena VI.

Dav. PAmphilus ubinam hic eſt? *Pam.* Dave. *Dav.* Quis homo' ſt? *Pam.* Ego ſum. *Dav.* Oh Pamphile.

Pam. Neſcis quid mihi obtigerit. *Dav.* Certe: ſed, quid mihi obtigerit, ſcio.

Pam. Et quidem ego. *Dav.* More hominum evenit [1], ego ut quod ſum nactus mali,
Prius reſciſceres tu, quam ego [2], tibi quod evenit boni.

Pam. Mea Glycerium ſuos parentes repperit. *Dav.* Oh factum bene.

Char. Hem. *Pam.* Pater amicus ſummus nobis. *Dav.* Quis? *Pam.* Chremes. *Dav.* Narras probe.

Pam. Nec mora ulla eſt, quin jam uxorem ducam. *Char.* Num ille ſomniat
Ea, quae vigilans voluit? *Pam.* Tum de puero, Dave? *Dav.* Ah deſine:
Solus

VARIANTES LECTIONES

1 evenit, ut quod ſim nactus. 2 illud, quod tibi evenit.

Davo, Panfilo, e Carino.

Dav. E Dove è *Panfilo*?
Panf. *Davo*? Dav. *Chi mi domanda*? Panf. *Io ſono*. Dav. *O Panfilo*!
Panf. *Non ſai quel, che m'è occorſo*? Dav. *Io nol ſo certo.*
Ma ſo pur troppo quel, ch' è a me accaduto.
Panf. *Ed io pur ſollo*. Dav. *Così ſempre avviene*,
Che tu prima ſaputo abbi il mio male,
Che il tuo bene. Panf. *Or dunque hai da ſapere*,
Che la ſoave mia dolce Glicerio
I perduti parenti ha ritrovati.
Dav. *Oh gran fortuna*! Car. *Sì, eh*! Panf. *Ed il ſuo Padre*
E' il maggior noſtro amico. Dav. *E chi*? Panf. *Cremete*.
Dav. *Come ne godo*! Panf. *E or or ſarà mia moglie*.
Car. *Ciò, che deſto bramò, ſogna egli adeſſo*?
Panf. *E del mio figlio, o Davo*?
Dav. *Non ti prender penſiero, i Sommi Dei*
L' han

Solus eſt, quem diligunt [1] dii. *Char.* Salvus ſum, ſi haec vera ſunt.
Conloquar [2]. *Pam.* Quis homo eſt? Charine, in tempore ipſo mi advenis [3]
Char. Bene factum. *Pam.* Hem, audiſti [4]? *Char.* Omnia age, me in tuis ſecundis reſpice [5].
Tuus eſt nunc Chremes: facturum, quae voles, ſcio omnia [6].
Pam. Memini: atque adeo longum eſt, nos illum expectare, dum exeat.
Sequere hac me intus ad Glycerium nunc. tu Dave abi domum [7],
Propere accerſe, hinc qui auferant eam: quid ſtas? quid ceſſas? *Dav.* Eo.
Ne expectetis [8], dum exeant huc: intus deſpondebitur:
Intus tranſigetur, ſi quid eſt, quod reſtet. Plaudite.

VARIANTES LECTIONES

1 quem diligant. 2 Adibo & colloquar. 3 o Charine in tempore ipſo advenis. 4 audiſtin? 5 in tuis ſecundis rebus. 6 ſcio eſſe omnia. *Sic etiam Camus.* 7 Sequere hac me; intus apud Glycerium nunc eſt. Tu Dave abi domum propere, accerſe. 8 expectatis.

L' han grandemente a cuore. Car. *Oh me felice!*
Se quel, che aſcolto è vero. Io vo' parlargli.
Panf. *E chi ragiona? Oh quanto a me ne vieni*
Opportuno Carino! Car. *Io mi rallegro...*
Panf. *Che forſe udiſti...* Car. *Il tutto. Orsù ti prego,*
Che mi riguardi nelle tue fortune.
Ora Cremete è tutto; e ſo ben certo,
Che egli tutto farà quel, che vorrai.
Panf. *Me ne ricordo: ma non parmi bene*
Il qui aſpettarlo, che ſtarebbe troppo
Ad uſcire di caſa; il meglio ſia,
Che andiamo a lui, e tu ne venga meco
Che egli appunto ſi trova or con Glicerio
Tu, Davo, intanto te ne corri a caſa,
E chiama gente per condur la Spoſa.
Ma che fai? Che non voli? Dav. *Ecco, che io vado.*
E voi non aſpettate, che coſtoro
Ritornino più fuora, perchè in caſa
Si faranno le nozze, e ſe altro ſia,
Che far ſi debba, pur faraſſi in caſa.
Applaudite: addio.

Fine dell' Andria.

P. TEREN-

P. TERENTII

EUNUCHUS.

ACTA . LVDIS [a] . MEGALENSIBVS *
L. POSTVMIO . ALBINO . L. CORNELIO . MERVLA
AEDILIBVS . CVRVLIBVS
EGERE
L. AMBIVIVS . TVRPIO . L. ATILIVS . PRAENESTINVS
MODVLAVIT . FLACCVS . CLAVDII
TIBIIS . DVABVS . DEXTRA [1] . ET . SINISTRA
GRAECA . MENANDRV
ACTA II. ** M. VALERIO . C. FANNIO [2] . COSS. ***

VARIANTES LECTIONES

a ACTA LUDIS ROMANIS M. JUNIO LUCIO JULIO AEDILIB. CURULIB. EGIT LUCIUS ... LUCILIUS KATILIUS PRAEN. TIBIS DUABUS DEXTRIS. GRAECA MENANDRI FACTA SECUNDA.

1 DEXTRIS. 2 C. MUMMIO FANNIO.

* Quum Eunuchum, & quatuor ſequentes Comoedias contulerimus ad duos Vaticanae Bibliothecae Codices; eum ſcilicet, qui notatur n. 3226. & eſt omnium, qui Romae adinveniuntur, antiquiſſimus; alterumque indicatum n. 3868., in quo pictae viſuntur Perſonae, Actoreſque; ne ulla Lectoribus pariatur confuſio, alterutrius Codicis Variantes Lectiones ſic diſtinctas eſſe voluimus, ut quae ſcilicet a primo Codice depromptae ſunt, Alphabeti Literis, quae vero ex altero, arabicis numeris indicarentur.

Notulam illam II. Daceria, & Tanaquillus Faber legendam putant *bis*, addendumque *die*: quaſi bis die eadem acta fuerit Eunuchus: en verba Fabri in notis ad Vitam Terentii, quam a Svetonio ſcriptam autumat: *Eunuchus quidem bis acta eſt. Error. Qui enim? An tantum bis acta eſt Terentii Eunuchus? Ego millies arbitror. Lege igitur, ut cuidam viſum eſt, BIS DIE ACTA EST*. Sociam autem ſententiae hujus habuit Daceriam. Non propugnamus, bis dumtaxat in Scenam prodiiſſe Eunuchum: ac fortaſſe die eadem fuit repetita: adeò ſiquidem populo probata fuit, ut ipſo Aelio Donato, ſeu Svetonio teſte, quiſquis fuerit Terentii Vitae Scriptor, *pretium quantum nulla antea cujuſquam Comoedia, ideſt octo millia nummum meruerit*. Millies itaque acta fuerit Eunuchus: per nos licet. Fabro tamen, erudito caeteroquin viro, ſed qui plerumque pro ingenio, quod fervens admodum in eo erat, veterum Auctorum ſcripta interpretabatur, aſſentiri in hoc minimè poſſumus, notulam illam II. *bis* eſſe legendam, ſed *Iterum* vel melius etiam *Secundum*: quo pacto eruditi Antiquorum Monumentorum viri legendas in Inſcriptionibus putant, quae frequentiſſimae hac in Urbe Roma reperiuntur, notas illas CONSVL II. TRIB. POT. IV. PONT. VII.

*** Putant Camus, Farnabius, Juvencius, & Minellius, Conſulatum M. Valerii, & C. Fannii incidiſſe in annum ab Urbe condita DXCIII. Daceria tamen in annum DXCI. Major vero diſſenſio eſt in ratione temporis quoad aeram chriſtianam. Licet enim Daceria, Camus, & Juvencius conveniant in anno ante C. N. CLIX.; Farnabius tamen annum U. C. DXCIII. cum anno ante C. N. CLVIII., & Minellius cum CLIX. concurriſſe arbitrantur. Meminiſſe quidem oportebat Minellium epochae, quam in Andria ſtatuerat anno ab U. C. DLXXXVII., nempe annum ante C. N. CLXI, a quo ſi ſex ſubtrahantur, quot intercedunt inter DLXXXVII. & DXCIII. remaneant oportet anni CLVI. Non ignoramus, difficillimam rem eſſe, notas chronologicas, quae a Conſulatibus deſumuntur, explicare, atque cum aliis aeris conciliare: tanti me non facio, qui provinciam hanc adminiſtrandam ſuſcipiam. Liberum ergo eſto erudito Lectori, ſuam proferre ſententiam.

PERSONAE.

PROLOGUS.

PHAEDRIA Adoleſcens.

PARMENO Servus.

THAIS Meretrix.

GNATHO Paraſitus.

CHAEREA Adoleſcens.

THRASO Miles.

PYTHIAS Ancilla.

CHREMES Adoleſcens.

ANTIPHO Adoleſcens.

DORIAS Ancilla.

DORUS Eunuchus.

SANGA Servus.

SOPHRONA Nutrix.

LACHES Senex.

Perſonae mutae,

STRATO Militis Servus.

SIMALIO Servus.

DONAX Servus.

SYRISCUS Servus.

SANNIO Servus.

PAMPHILA Adoleſcentula.

PERSONAGGI.

PROLOGO.

FEDRIA Giovane.

PARMENONE Servo.

TAIDE Meretrice.

GNATONE Paraſito.

CHEREA Giovane.

TRASONE Soldato.

PITIA Serva.

CREME Giovane allevato in Villa.

ANTIFONE Giovane.

DORIA Serva.

DORO Eunuco.

SANGA Servo.

SOFRONA Nutrice.

LACHETE Vecchio.

Perſonaggi, che non parlano.

STRATONE Uomo Militare.

SIMALIO, DONACE, SIRISCO, SANNIONE } Servi.

PAMFILA Giovinetta.

EXPO-

EXPOSITIO NOMINUM

INTERLOQUUTORUM, ET PERSONARUM.

PHAEDRIA Adoleſcens ἀπὸ τοῦ φαιδροῦ ab hilaritate ſic appellatus.

PARMENO Servus, μένον παρὰ τῷ δεσπότῃ ab aſſiduitate.

THAIS Meretrix.

GNATHO Paraſitus ἀπὸ τῶν γνάθων a buccis.

CHAEREA Adoleſcens, quaſi ὁ χαίρων, laetus.

THRASO Miles ἀπό τῆς θράσεως ab audacia.

PYTHIAS Ancilla ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι a ſciſcitando.

CHREMES Adoleſcens ruſticus.

ANTIPHO Adoleſcens ἀπὸ τοῦ ἀντὶ, καὶ φῶς lumen contra afferens.

DORIAS Ancilla.

DORUS Eunuchus ἀπὸ τοῦ δώρου a munere, dono.

SANGA Servus, a lixa.

SOPHRONA Nutrix ἀπὸ τοῦ σώφρονος caſta, & proba.

LACHES Senex ἀπὸ τῆς λήξεως ab haereditate, lite, patrimonio.

ARGUMENTUM

C. SULPICIO APOLLINARI

AUCTORE.

SOrorem falſo dictitatam Thaidis,
Id ipſum ignorans, miles advexit [b] Thraſo,
Ipſique donat. erat haec civis Attica.
Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi jubet
Thaidis amator Phaedria, ac rus ipſe abit [c],
Thraſoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phaedriae puellulam
Cum deperiret dono miſſam Thaidi,
Ornatu Eunuchi induitur; ſuadet Parmeno:
Introiit: vitiat virginem: ſed Atticus
Civis repertus frater ejus, conlocat
Vitiatam ephebo: Phaedriam exorat Thraſo.

VARIANTES LECTIONES


a C. Sulpici Apollinaris Periocka. *Hoc argumentum deeſt in altero Codice.* *b* abduxit. *c* abiit.

ARGOMENTO.

IL Soldato Traſon non conſapevole,
Che Sorella diceſſeſi di Taide,
Se bene falſamente, una tal Panfila,
Comprolla, e a lei la diede. Queſta giovane
Era d' Atene: alla medeſma Taide
Fa dono d' un Eunuco il giovan Fedria,
Ch' era amante di lei; e in Villa aſcondeſi
Pregato per due giorni a laſciar libera
La Taide a quel Soldato. Aveva Fedria
Un Fratello minor, che dava in ſmanie,
Perch' egli ardeva dell' amor di Panfila.
Or queſti per goderla usò tal fraude
Da Parmenon per giuoco perſuaſagli:
Si traveſtì da Eunuco, e di quel rancido
In vece fu donato, e alla Vergine
Fece vergogna: ma poi riſaputoſi,
Che nata era in Atene; con gran giubbilo
Seco s' ammoglia, e cotanto faticaſi
Traſone per placar l' ira di Fedria,
Che alla perfine ſe lo fa propizio.

La Scena ſi rappreſenta in Atene.

Si



PROLOGUS





* SI quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis
Quam plurimis, & minime multos laedere;
In his Poeta hic nomen profitetur ſuum.
Tum ſi quis eſt, qui dictum in ſe inclementius
Exiſtimavit eſſe; ſic exiſtimet,
Reſponſum, non dictum eſſe, quia laeſit prior,
Qui bene vertendo, & eaſdem deſcribendo [a] male, ex
Graecis

VARIANTES LECTIONES

a ſcribendo.

SE alcuno v' è, che di piacere induſtriſi
A molti uomini oneſti, e pochi offendere;
Senza alcun fallo egli è al certo Terenzio.
Inoltre, ſe talun v' è, che ſi reputi
Offeſo per parola acerba, ed aſpera;
Sappia, che ella è riſpoſta, e con ingiuria
Per render la pariglia a lui, che offeſelo
Primiero: il quale l' Attiche comedie
Mentre in latin vuol per tal modo volgere,
Che parola a parola corriſpondane,
Di

NOTAE

* Inter quamplurima, eaque optima antiquitatis monumenta, quibus clariſſimae Matthaejorum Familiae aedes Romae ornantur, ad dexteram Porticus partem e conſpectu Templi Sanctae Catharinae de Roſa dicati, ipſo fere in limine, viſitur anterior pars Urnae Sepulchralis, in qua elegantiſſimo anaglypho opere undecim inſculptae apparent Figurae. Novem ex his Muſas exhibere minimè ambigendum: quum certiſſima habeant ſigna, quae tribui illis ſolent; Lyra ſcilicet, Cythara, Larvae, Herculis Clava, coeleſtis Globus, & his ſimilia. Medium tenet neſcio quis ſedens, ad ejuſque dexteram faſciculus voluminum ligamine quodam una conſtrictorum columellae ſuperimponitur. Uni, alterive Figurae nullum videtur ineſſe ſignum, ſi tamen integrae ſunt. Aliquam etenim Sarcophagi hujus partem aevo conſumptam, attritamque, aut foſſorum incuria fractam imperitus antiquariae rei artifex nonnullis in locis reparavit affabre quidem ex argilla, ſed marte ſuo, nec ſatis congrue, ut ex praecipuarum explicatione Figurarum inferius a nobis danda patebit. Si conjicere quidquam nobis licet; Faſciculus porrò voluminum indicio eſſe poteſt, hac in Urna Poetae alicujus cineres fuiſſe conditos, qui per Figuram illam ſedentem repreheſenta-

Graecis bonis Latinas fecit non bonas.
Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit,
Atque in theſauro ſcripſit, cauſſam dicere,
Prius unde petitur, aurum quare ſit ſuum,
Quam illic [a], qui petit, unde is ſit [b] theſaurus ſibi,
Aut unde in patrium monumentum pervenerit.
Dehinc ne fruſtretur ipſe ſe, aut ſic cogitet;
Defunctus jam ſum, nihil eſt, quod dicat mihi:
Is ne erret, moneo, & deſinat laceſſere:
Habeo alia multa, quae nunc condonabitur;

Quae

VARIANTES LECTIONES

a ille. *b* eſſet.

Di buone, ch' eſſe ſon, le reſe peſſime.
Lo ſteſſo fè poc' anzi la Fantaſima
Recitar di Menandro: Indi il Teſauro,
Ove parlare infra color, che litigano,
Fa prima il reo, poſcia l' attore: e chiedeſi
Dal primo, perchè ſuo l' oro pretendaſi,
E non dall' altro il modo, onde egli aveſſelo;
O come entrò dentro il paterno tumolo.
Di poi, perchè se ſteſſo egli non fraudi,
O penſi in cotal guiſa; io già ritrovomi
Dalle fatighe mie del tutto libero:
Già recitata fu la mia Comedia:
Ed ei non potrà farmi alcun rimprovero.
Io lo voglio avvertir del ſuo pericolo,
S' e' tira innanzi il ſuo latrare, e mordere:
E ſappia, che del cuor ſerbo nell' intimo
Molte altre coſe ſue, che s' egli accheteraſi,
Non darò fuora: ma ſe ſegue a mordere,

Confor-

NOTAE

ſentatur; ac fortaſſe Imago undecima illam poeſis partem referebat, qua Poeta praecelluit. Hujuſce rei exemplum habemus in Monumento Homeri apotheoſin exhibente; quod Ferentini (*Marinum* nunc vocant) duodecim millibus paſſuum Roma diſſiti, ad radices Albani montis, praecedenti ſeculo effoſſum publici juris fecit Kirkerius in Latii veteris & novi Deſcriptione pag. 80. Ibi enim tertio Imaginum ordine Hiſtoria, Poeſis, Tragoedia, Comoedia, Virtus, Memoria, Fides, & Sapientia, quibus Homerus praecipuè claruit, ſeorſivis, ſed propriis unicuique caracteribus exprimuntur. Tragoedia vero, & Comoedia, quamvis eodem modo dextera manu protenſa, elevataque effingantur; ipſa tamen vultus forma, veſte, diverſoque capitis ornatu diſtinguuntur.

Hae notae deeſſe videntur in Sarcophago Matthaejano, ubi praeterea nec demortui legitur nomen, quod inſcribi ſolebat, nec quidquam ex iis apparet, quae in epitaphiis apponebantur. Fas igitur mihi ſit opinari, ad aliquem potius ex antiqua Pomponiorum Familia pertinere: quum praeſertim alia pene ſimilis alterius Sarcophagi pars anterior in eorumdem Matthaejorum atrio adſervetur; in qua demortui nomen non legitur: at decem dumtaxat exhibentur Imagines, quarum novem iis ipſis indigitantur notis, quae cum Numiſmatibus ad Pomponiam Familiam pertinentibus a Morellio Tomo ſecundo Numiſmatum Romanarum Familiarum relatis maxime conveniunt. Alteram praeterea primae quaſi conformem Urnam Sepulchralem videre eſt in atrio Aedium Clar. Familiae Juſtinianae Romae ad Pantheon, in qua pariter decem ſimiles Figurae anaglypho opere inſculptae ſunt, & novem ex his Muſas exhibent iiſdem diſtinctas ſignis. Ennium, Plautum, Caecilium, Virgilium, nonnulloſque alios Poetas novimus, & in qua quiſque poeſis parte praecelluerit: neminem verò ullum agnoſcimus, qui univerſae poeſis artem ita calluerit, ut in medio Muſarum choro collocari meruerit. Si vero tres hi Sarcophagi ad Poetas referantur, Poetarum numerus quidem excreſcat in infinitum oportet. Pomponii autem, vel quod a Numa Pompilio Muſarum cultore originem ſuam deducere conarentur, vel quod Pomponii Muſae proavi ſui, quem Poetam fuiſſe conſtat, memoriam perennare voluerint, in Numiſmatibus, quae triumviratum monetalem, vel aedilitatem curulem ipſis gerentibus cudebantur, Muſas inſculpi ſategerunt. Quibus quidem rationibus adducor, ut credam, tres haſce Sepulchrales Urnas ad eorum Familiam pertinere.

Sive itaque ad Pomponiam Familiam, ſive ad Poetam aliquem hic referatur Sarcophagus, praecipuas ejus figuras praeſenti, & ſequentibus aliquot Literis, quas initiales vocant, exhibendas curavi. Sedentis in medio, dexteraque manu, quae tamen cum parte brachii abſciſſa eſt, voluminum tenentis faſciculum aetas a facie, quae aevo conſumpta, ac deformata apparet, conjici minime poteſt. Ad ejus dexteram ſecundum volumina ſtat Muſa, quae ſiniſtra manu Larvam tragicam tenens elevatam, dextera verò demiſſa Clavam Herculis fractam tamen, majorique ex parte mancam, Euterpen eſſe videtur, cui tragicum carmen tribuitur. Differt verò a Pomponiorum Numiſmatibus; quia deſunt Leonis exuviae, quibus caput velari ſolebat, & enſis, (*parazonium* vocant) quo latus cingebatur. Larva quidem trucem vultum, & qui tragoediam decet, praeſefert, de qua Phaedrus *Lib. I. Fab. VII. Perſonam tragicam forte Vulpes viderat: O quanta ſpecies, inquit; cerebrum non habet*. In poſtica tamen parte manca videtur. Facile enim Scaligero, Pitiſco, Danetio, Annae Daceriae, aliiſque quamplurimis eruditis Viris aſſentior aſſerentibus, caput & os perſonati cooperimento Larvae tectum undique, juxta Gellium *Noct. Attic.*

lib. 5.

Quae proferentur poſt, ſi perget laedere
Ita, ut facere inſtituit. Nunc quam acturi ſumus
Menandri Eunuchum, poſtquam aediles emerunt,
Perfecit, ſibi ut inſpiciundi eſſet copia.
Magiſtratus quum ibi adeſſet, occepta eſt agi.
Exclamat, furem, non Poetam fabulam
Dediſſe, & nil [a] dediſſe verborum tamen:
Colacem eſſe Naevi, & Plauti veterem fabulam;
Paraſiti perſonam inde ablatam, & militis.
Si id eſt peccatum, peccatum imprudentia eſt [b]
Poetae, non qui furtum facere ſtuduerit.

Id

VARIANTES LECTIONES

a nihil. *b* Si id eſt peccatum imprudentia eſt.

Conforme ha cominciato, farò publiche.
Dopo che dagli Edili reſtà compera
L' Eunuco di Menandro illuſtre favola,
Di cui noi vi faremo ora la recita,
D' udirla dal Poeta ebbe ei licenzia.
Preſente il Magiſtrato ſi principia
Appena a recitare, ch' egli ſtrepita,
Eſſere il facitor della Comedia
Non Poeta, ma ladro, e non doverſegli
Ne pur tal nome; quando che del proprio
Non v' ha ne pure una parola miſera:
Ed eſſer queſta già di Nevio, e Plauto
Detta il Colace la sì vecchia favola,
Da cui il Soldato, e 'l Paraſito ei tolſene.
Ora ſe colpa alcuna in ciò ritrovaſi;
Altra certo non fu, che d' imprudenzia
Del Poeta, e non mai di cattivo animo
Di rubare: e sì voi punto non dubito,

Ch' affer-

NOTAE

lib. 5. cap. 7., unaque vocis emittendae via pervium fuiſſe. Quì enim ſpecies cerebrum non habens appellari ſola potuiſſet facies, quae neque occiput, neque poſteriorem partem haberet? Plures hujus generis Larvas videre eſt in Franciſci Ficoronii *de Larvis Scenicis* Diſſertatione. Sed nihil magis hanc ſententiam confirmat, quam marmorea noſtri Terentii ſtatua in eodem Juſtinianaeae Familiae atrio adſervata. Mirum qua arte elaborata illa ſit. Juvenilis facies, quae hominem aetate triginta fere annorum praeſefert, nigrigantique colore eſse videtur; barba ſpiſſa, crineſque breves, atque criſpati, cujuſmodi Afri habere ſolent; volumen dextera manu propè pectus tenens involutum, geſtuſque quaſi carmina, vel ſi mavis comoediae Prologum dicentis: ſiniſtrae vero manui, quod ad rem noſtram facit, praegrandis Larva ineſt quaſi Simonis, vel Chremetis ſenum, quod ex barba, crinibus, oriſque habitudine conjicitur. Habebant enim Larvae, prout erudite advertit Anna Daceria, ſpeciem quamdam ficti capillitii, & barbam, quae Senibus nonnumquam calamiſtrata, Servis brevis & inculta addebatur. Haec itaque Larva poſticam habet partem uſque ad collum, ex quo conjicimus, in poſtica parte ligamina nonnulla Larvis fuiſſe, quorum ope aptari capiti poſſent.

In exquirendis adinventarum Larvarum occaſione, tempore, atque auctore non moror, quum id alii eruditè praeſtiterint. Primo quidem a ruſticis inventas, & ex arborum corticibus efformatas fuiſſe, auctor nobis eſt Virgilius Georg. 2. ver. 385.

Nec non Auſonii, Troja gens miſſa, coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto,
Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis.

Faciem mox minio, vel faecibus liniere teſtibus Suida: *Poſtquam is*, loquitur de Theſpi Tragoediarum auctore, *ab initio vultum minio inunxiſſet*, atque Horatio *de Arte poetica*:

Ignotum tragicae genus invexiſſe Camoenae
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis;
Quae canerent, agerentque peruncti faecibus ora;
Poſt hunc Perſonae, pallaeque repertor honeſtae
Aeſchilus &c.

Haec quum innuiſſe ſatis mihi eſſe ducam, minimè tamen praeterire debeo, tam peculiares unicuique Actori fuiſſe Larvas, ut quamvis inductae in theatrum fuerint ad eorum celandam faciem, quum tamen quis primum in Scenam prodiret; ſenem, adoleſcentem, ſervum, paraſytum &c. acturum eſſe dignoſcebatur. Servi quidem ſimplices, bardique apparebant, ſed praegrandi, hiantique ore, & plerumque in modum cochleae; Paraſyti, militeſque glorioſi inflata facie; Senes ſenili oris habitudine, dentibus nonnumquam aliquantulum obſeratis, calvoque capite; Adoleſcentes crinibus calamiſtatis; puellaeque hilari vultu, comptiſque capillis; Quae vero Larvae praeter naturalem formam erant horrificae, in tragicis fabulis ad timorem, terroremque ingerendum adhibebantur juxtà illud Martialis: *Haec timet ora puer*.

Atque hinc quidem conjici facilè poteſt, quae ſit Codicis Vaticani praeſtantia, qui Larvarum, Perſonarumque ectypon nobis praebuit: adeo ſiquidem comoedis ſingulis propriae ſunt in unaquaque Comoedia, atque peculiares, ut quas quiſque partes acturus ſit, primo ipſarum intuitu queat aeſtimari.

Id ita eſſe, vos jam judicare poteritis.
Colax Menandri eſt: in ea eſt paraſitus Colax,
Et miles glorioſus: eas ſe non negat
Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam [a]
Ex Graeca: ſed eas fabulas factas prius
Latinas ſciſſe ſeſe, id vero pernegat.
Quod ſi perſonis iiſdem uti aliis non licet;
Qui magis licet currentes ſervos [b] ſcribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Paraſitum edacem, glorioſum militem,
Puerum ſupponi, falli per ſervum ſenem,
Amare, odiſſe, ſuſpicari? denique
Nullum eſt jam dictum, quod non dictum ſit prius.
Quare aequum eſt vos cognoſcere, atque ignoſcere,
Quae veteres factitarunt, ſi faciunt novi.
Date operam, & cum ſilentio [c] animadvortite,
Ut pernoſcatis, quid ſibi Eunuchus velit.

VARIANTES LECTIONES

a ſuum. *b* currentem ſervum. *c* Date operam: cum ſilentio animum attendite.

Ch' aſſermerete come buoni giudici.
Di Menandro è il Colace: in eſſo induconſi
Un Paraſito adulator, e un timido
Soldato affettator di laude, e gloria.
Egli confeſſa con parlare ingenuo
Dell' Eunuco ſuo nella comedia,
Aver portato queſto par di Comici,
E tolti dalla Greca: ma ben giuravi,
Che mai non ſeppe, ch' eſſe ſtate foſſero
Fatte latine. Ma ſe è coſa illecita
Il poterſi ſervir delle medeſime
Perſone, delle quali altri ſervironſi;
Dunque per qual ragione ſarà lecito
Introdur ſervi corridori? Eſprimere
O d' oneſta Matrona il bel carattere,
O pure il reo di prezzolata femina?
Un paraſito edace, od un ridicolo
Soldato vantatore? O con aſtuzia
Levare il figlio vero, e ſottomettere
L' adulterino? O farſi giuoco, e favola
Del ſuo vecchio Padrone il ſervo perfido?
L' amar, l' odiare, il ſoſpettar? Per l' ultimo
Di nuovo neſſun detto al mondo diceſi,
Che non ſia ſtato detto. Convenevole
Dunque ora è, da voi che ſi conſideri
Il garbo, e 'l modo, il coſtume de' Comici;
E quindi ſe ne dia ſavio giudizio,
Non caricando d' un ingiuſto biaſimo
Un Poeta moderno, ſe s' accomoda
A quello far, che già gli antichi fecero.
Badate dunque, e ſtate con ſilenzio,
Per ben capire, quanta ſia la grazia
E l' artifizio di queſta Comedia.

P. TERENTII
EUNUCHUS.

Ter. Eunuc. — Fig. I.



Act. I. Scena I.

* *Ph.*  Uid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem [a],
Cum accerſor ultro? an potius ita me comparem [1],
Non perpeti meretricum contumelias?
Excluſit, revocat. redeam? non, ſi me obſecret.
[b] *Par.* Siquidem hercle poſſis, nil [c] prius, neque fortius:
Verum ſi incipies, neque pertendes naviter:
Atque ubi pati non poteris, cum nemo expetet, Infe-

VARIANTES LECTIONES

a ne num quidem. *b In Cod. non notatur* Par. *quaſi Phaedria ſuum proſequatur ſermonem; quod tamen Scriptoris oſcitantiae tribuendum, ipſe indicat textus.* *c* nihil: *& ſic etiam in altero legitur Codice.*

1 Non eam ne nunc quidem cum accerſor ultro. An' potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias?

Fedria giovane, e Parmenone ſervo.

Fed. C*He dunque farò io? non anderovvi*
Ne meno or, che mi manda ella a chiamare?
O piuttoſto riſolvomi una volta
A non ſoffrir le puttaneſche ingiurie?
Mi ſcacciò: mi richiama. Tornerovvi?
No del certo, ancorchè ella mi pregaſſe.
Par. *Purchè il poſſa tu far, come neſſuna*
Coſa miglior di queſta, e di più gloria
Far tu potrai: Ma bada a' fatti tuoi:
Che ſe cominci l' opra, e poi t' arreni,
Ne puoi ſoffrir di ſtar da lei lontano;
Ma

NOTAE

* In Matthaejano Sarcophago, quo de ſuperius loquuti ſumus, Euterpen ſequitur Clio, vel Polyhimnia. Ectypon hac in Litera praebendum curavi. In Morellianis numiſmatibus viſitur Clio laeva Lyram tenens, quam dextera tangit ſine plectro, nec colu-

Infecta pace, ultro ad eam venies, indicans
Te amare, & ferre non poſſe: actum eſt ilicet,
Periſti: eludet, ubi te victum ſenſerit.
Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita,
Here. quae res in ſe neque conſilium, neque modum
Habet ullum, eam conſilio regere non potes.
In amore haec omnia inſunt vitia, injuriae,
Suſpiciones, inimicitiae [1], induciae [a],
Bellum, pax rurſum. incerta haec ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam ſi des operam, ut cum ratione inſanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:
Egone illam? quae illum? quae me? quae non? ſine modo:
Mori me malim: ſentiet [2] qui vir ſiem.
Haec verba me hercule una falſa lacrumula [b],
Quam, oculos terendo miſere, vix vi expreſſerit,
Reſtinguet: & te ultro accuſabit, & ei dabis
Ultro ſupplicium. *Ph.* Indignum facinus [3]. nunc ego & [c]
Illam ſceleſtam eſſe, & me miſerum ſentio:

Et

VARIANTES LECTIONES

a indutiae. *b* Haec verba una me hercule falſa lacrimula. *c* ego — Et illam.
1 inimicitia. 2 ſentiat. 3 O indignum facinus!

Ma in mezzo al cruccio, quando non ti cerca
Corri a trovarla, e le dimoſtri, come
Tu l'ami, e che non puoi ſtar ſenza lei;
Sei ſpedito, e ſotterrati a tua poſta.
Ed oh che acerbo, e che crudel traſtullo
Tu le darai, allorchè accorgeraſſi
D'averti in ſua balia!
Fed. *Perciò penſa, e ripenſa in queſto mentre,*
Che abbiamo tempo, a quel che deggio fare.
Par. *Quella coſa, o Padrone, che in ſe ſteſſa*
Non ha modo verun, verun conſiglio,
Col conſiglio guidar certo non puoi.
Ha tutti queſti vizj amor con lui;
Soſpetti, ingiurie, inimicizie, e tregue,
Guerra, e poi pace. Or queſte coſe incerte,
Se regger vuoi con un giudizio fermo;
Nulla più tu farai, che ſe ſtudiaſſi
Di farti pazzo a forza di ragione:
E quel che irato adeſſo entro al tuo cuore
Vai ruminando, io dunque lei? che quei?
Che me? che no? a me laſcia pur fare;
Prima morrò; Vedrà qual uomo io ſia;
Tutto queſto una falſa lagrimetta,
Che con un lungo ſtropicciarſi d'occhi
Appena appena ſpremerà da loro,
Manderà in fumo, e ſmorzeratti ogn'ira:
Anzi le chiederai ſcuſa, e perdono,
O caſtigo qual più grato le ſia.
Fed. *O indegna ſceleragine! Or ben' io*
Eſſa iniqua conoſco, e me infelice,

E me

NOTAE

columnae innixa. Sed quum aliquando pingi etiam ſoleat coronata, dexteraque tubam tenens quaſi hiſtoriam concinat, quae quidem ſigna hic deſunt; & in veteri Epigrammate, quod Havercampus refert ex Anthologiae Lib. I. cithara ei tribuatur: *Clio citharam clariſſima*; hinc adducor potius, ut credam Polyhimniam hic reprehesentari, cui cantus moderatio eodem in Epigrammate tribuitur: *Harmoniam cunctis Polyhimnia cantibus addit*: praeſertim quum per aliam Muſam, quae in altera Sarcophagi ejuſdem parte viſitur citharam columellae impoſitam tangens, Clio exhiberi videatur.

Et taedet: & amore ardeo: & prudens, ſciens,
Vivus, videnſque pereo: nec quid agam, ſcio.
Par. Quid agas? niſi ut te redimas captum quam queat [a]
Minimo: ſi nequeas paulo, at quanti queas [b]:
Et ne te afflictes. *Ph.* Itane ſuades? *Par.* Si ſapis:
Neque, praeterquam quas ipſe amor moleſtias
Habet, addas; & illas, quas habet, recte feras.
Sed ecca ipſa egreditur noſtri fundi calamitas:
Nam quod nos capere oportet, haec intercipit.

VARIANTES LECTIONES

a captum quam queat minimo: — Si nequeas &c. *b* an quanti queas:

E me n' increſce, e d' amor ardo, e ſollo,
E lo capiſco, e ſano, e vivo corro,
E ad occhi aperti ad incontrar la morte,
Ne ſo, miſero me! ciò che mi fare.
Par. *Quel che hai da far non ſai? ricomprar cerca*
La libertà perduta a men, che puoi,
O per molto, o pure con quanto hai,
Ne affliggerti più tanto. Fed. *Così credi?*
Par. *Se ſavio ſei, non far maggior la ſolla*
De' mali, che con ſe ſi porta amore;
E ſoffri quelli, che con lui van ſempre.
Ma eccoti, che eſce la tempeſta vera
De' poder noſtri, che di man ci toglie
Tutto ciò, che a ragion ci ſi perviene.

Th. Miſe-

Ter. Eun. Fig. II.



Act. I. Scena II.

Th. MIſeram me ! vereor ne illud gravius Phaedria
Tulerit; neve alïorſum, atque ego feci, acceperit,
Quod heri intromiſſus non eſt. *Ph.* Totus, Parmeno,
Tremo horreoque, poſtquam aſpexi hanc. *Par.* Bono animo es:
Accede ad ignem hunc, jam caleſces plus ſatis.
Th. Quis hic loquitur? hem. tun' eras [a], mi Phaedria?
Qui hic ſtabas? cur non recta introibas [b]? *Par.* Caeterum
De excluſione verbum nullum. *Th.* Quid taces?
Ph. Sane quia vero hae mihi patent [1] ſemper fores,

Aut

VARIANTES LECTIONES

a ehem tun' hic eras? *b* cur non introibas?

1 quia verò mihi hae pateant,

Taide, Fedria, e Parmenone.

Tai. *UH me tapina! Io temo, che il mio Fedria,*
Perchè jeri nol volli in caſa mia,
Se l' abbia avuto gravemente a male;
E ſi abbia preſo ciò tutto a roverſcio
Di quel, che ho fatto. Fed. *Parmenone, io tremo,*
E mi ha preſo un ribrezzo per la vita,
Dal punto che l' ho viſta. Par. *O via ſta lieto,*
Che il fuoco è pronto, e ſe ti accoſti a lei,
Ti farai caldo ancor più del biſogno.
Tai. *Chi qui ragiona? Oh, che eri tu mio Fedria?*
Perchè qui te ne ſtavi, ed a qual fine
Non ſei tu entrato a dirittura in caſa?
Par. *Del reſto poi, ne pur mezza parola*
Dell' ambio dato. Tai. *Ed ancor taci o Fedria?*
Fed. *Sì certo; quaſi a me ſtia ſempre aperto*

Cote-

Aut quia ſum apud te primus. *Th.* Miſſa iſtaec face.
Ph. Quid miſſa? o Thais, Thais, utinam eſſet mihi
Pars aequa amoris tecum; ac pariter fieret,
Ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet;
Aut ego iſtuc abs te factum nihili penderem.
Th. Ne crucia te, obſecro, anime mi, mi Phaedria [1].
Non pol, quo quemquam plus amem, aut plus diligam
Eo feci; ſed ita erat res: faciundum fuit.
Par. Credo ut fit, miſera prae amore [2] excluſiſti hunc foras.
Th. Siccine ais [a], Parmeno? age. Sed huc qua gratia
Te accerſi juſſi, auſculta. *Ph.* Fiat. *Th.* Dic mihi
Hoc primum, potin' eſt hic tacere? *Par.* Egone? optume.
Verum heus tu, lege hac [b] tibi meam adſtringo fidem:
Quae vera audivi, taceo, & contineo optume:
Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt; continuo palam eſt.
Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.
Proin tu, tacere ſi vis [3], vero dicito [c].
Th. Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.
Par. Poteſt taceri hoc. *Th.* Ibi tum [4] matri parvolam [d]
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam. *Ph.* Civem ne? *Th.* Arbitror:
Certum non ſcimus: matris nomen & patris Dice-

VARIANTES LECTIONES

a Siccine agis Parmeno? *b* hac lege tibi meam adſtringo fidem. *c* vera dicito. *d* parvulam.
1 anime mi, Phaedria. 2 excluſit hunc foras. 3 taceri ſi vis. 4 Tum ibi.

Coteſto uſcio, e che quaſi abbia ſol' io
Il primo primo luogo entro al tuo cuore.
Tai. *Eh via, non ragionar di queſte coſe.*
Fed. *Che io di ciò non ragioni? O Taide, Taide,*
Voleſſe il Ciel, che o foſſe amor fra noi
Diviſo in parti eguali, e che ſentiſſi
Tu quello ſteſſo duol, che adeſſo io ſento;
O ciò, che fatto m' hai, nulla io curaſſi.
Tai. *O Fedria, anima mia, non t' affannare;*
Quello, che feci, lo feci per forza:
Che tal' era il biſogno, e non già mica,
Perchè di te mi ſia più caro alcuno.
Par. *Per un ſoverchio amor, ſiccome accade,*
Coſtei non volle, ch' egli entraſſe in caſa.
Tai. *Così tu dici Parmenon? ma aſcolta:*
Quello, per cui ti feci a me chiamare....

Fed. *Dì pure.* Tai. *Ma coſtui come è ſegreto?*
Par. *Io ne? Son ſegretiſſimo. Ma ſenti*
Con queſto patto io m' obbligo al ſegreto,
Che mi vengano dette coſe vere:
Che allora io le ritengo a maraviglia.
Se poi vane, ſe falſe, ſe inventate;
Le verſo in un momento: perchè ſono
Tutto feſſure a modo di paniere,
E grondo da ogni parte: onde ſe vuoi,
Che io ſia ſegreto, non ci dir bugie.
Tai. *Mia Madre era da Samo, e ſtava in Rodi.*
Par. *Queſto ſi può tacer.* Tai. *Quivi ebbe in dono*
Da non ſo qual mercante una banbina,
Che d' Atene per forza fu rapita.
Fed. *Era ella cittadina?* Tai. *Io tal la credo.*
Ma non lo ſo di certo. Ella diceva
Chiaro

Dicebat ipſa: patriam & ſigna cetera
Neque ſcibat [a], neque per aetatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat, e praedonibus,
Unde emerat, ſe audiſſe [1], abreptam e Sunio.
Mater ubi accepit, coepit ſtudioſe omnia
Docere, educere [b], ita uti [2] ſi eſſet filia.
Sororem plerique eſſe credebant meam.
Ego cum illo, quo cum tum uno rem habebam, hoſpite,
Abii huc: qui mihi reliquit haec, quae habeo omnia.
Par. Utrumque hoc falſum eſt: effluet. *Th.* Qui iſtuc? *Par.* Quia
Neque tu uno eras contenta, neque ſolus dedit:
Nam hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit [3].
Th. Ita eſt. Sed ſine me pervenire, quo volo.
Interea miles, qui me amare occeperat,
In Cariam eſt profectus. te interea loci
Cognovi. tute ſcis, poſt illa, quam intumum
Habeam te, & mea conſilia ut tibi credam omnia.
Ph. Neque hoc tacebit Parmeno [c]. *Par.* Oh! dubium ne id eſt?
Th. Hoc agite amabo. mater mea illic mortua eſt
Nuper. ejus frater aliquantum ad rem eſt avidior.
Is ubi hance forma [d] videt honeſta virginem,

Et fidi-

VARIANTES LECTIONES

a ſciebat. *b* educare: & *in hoc alter quoque concordat Codex.*
c Ne hoc quidem tacebit Parmeno? *Concordant Codd.* *d* hanc formam videt.

1 audiviſſe. 2 itaut. 3 adtulit ad te.

Chiaro del padre, e della madre il nome:
La patria poi, e gli altri contraſegni
Non ſapeva ella, e nol potea ſapere
Per la tenera etade; ed il mercante
Aggiungeva, aver lui detto i Pirati,
Da' quali eſſo comprolla, che da Sunio
L'avevano rapita. Appena l'ebbe
La madre mia, che con gran ſtudio, e cura
Si miſe ad iſtruirla, e ad educarla
Siccome figlia propria: e quindi molti
Stimavano, che foſſe mia ſorella.
Io poi con quel mercante, col qual ſolo
Allora uſava, venni in queſte parti,
Dov' ei morendo, mi fè ricca erede
Di tutte quelle coſe, che or poſſiedo.
Par. *E' falſo l'uno, e l'altro: verſeraſſi.*
Tai. *Perchè ciò?* Par. *Perchè tu contenta d'uno*
Certo non eri, ne fu quegli ſolo,
Che regalotti; che anco il mio Padrone
Ti ha fatto di belliſſimi regali.
Tai. *Come tu vuoi. Ma laſciami arrivare*
Là dove voglio. Il Soldato fratanto,
Che ad amarmi avea già dato principio,
Andonne in Caria; nel qual tempo avvenne,
Che io te conobbi, e ſe poi ſempre caro
Mi foſti, e ſe il mio cuore, e i miei penſieri
Io t'abbia confidati, tu tel ſai.
Fed. *Ne queſto Parmenon terrà ſegreto.*
Par. *Che ve n'è dubbio?* Tai. *Uditemi per grazia.*
Colà la madre mia, non è gran tempo,
Si muore: il ſuo fratello alquanto avaro
Veduto la fanciulla eſſer sì vaga,

D'aſpet-

Et fidibus ſcire, pretium ſperans, illico
Producit, vendit. Forte fortuna adfuit
Hic meus amicus: emit eam dono mihi,
Imprudens harum rerum ignaruſque omnium.
Is venit: poſtquam ſenſit me tecum quoque [a]
Rem habere, fingit cauſas, ne det, ſedulo:
Ait, ſi fidem habeat, ſe iri praepoſitum tibi
Apud me, ac non id metuat, ne, ubi eam acceperim [b],
Seſe relinquam, velle ſe illam mihi dare;
Verum id vereri. Sed ego quantum ſuſpicor,
Ad virginem animum adjecit. *Ph.* Etiam ne amplius?
Th. Nil: nam quaeſivi [c]. Nunc ego eam, mi Phaedria,
Multae ſunt cauſae, quamobrem cupio [d] abducere:
Primum, quod ſoror eſt dicta: præterea, ut ſuis
Reſtituam ac reddam. ſola ſum: habeo hic neminem,
Neque amicum, neque cognatum. quamobrem, Phaedria,
Cupio aliquos parare [e] amicos beneficio meo.
Id, amabo, adjuta me, quo id fiat facilius.
Sine illum priores parteis hoſce aliquot dies
Apud me habere. nihil reſpondes? *Ph.* Peſſuma,
Ego quicquam [f] cum iſtis factis tibi reſpondeam?

Par. Heu

VARIANTES LECTIONES.

a ſenſit me tecum quoque, — Rem te habere. *In qua tamen lectione errorem ineſſe patet.*
b ne, ubi acceperim. *Concordant Codd.* *c* Nihil: nam quaeſivi nunc ego eam, mi Phaedria. *Concordant Codd.*
d cupiam. *e* parere. *f* Egon quicquam cum iſtis factis reſpondeam?

D' aſpetto, e che ſapea ben di liuto,
Sperandone ritrarre aſſai buon prezzo,
Al pubblico l' eſpone, indi la vende.
Queſto mio amico ritrovoſſi a caſo,
Quando fu poſta in vendita, e comprolla
Per farmene un regalo, affatto ignaro
Di tutte queſte coſe. Ei dunque venne:
Ma dopo ch' egli ſeppe, o ſe n' accorſe,
Che io ti amava, e che meco eri ſovente;
Finge preteſti per non farmi il dono:
E dice, che s' ei puote eſſer ſicuro,
Che a lui io te poſponga nell' amore,
E che da me non venga abbandonato
Dopo del fatto dono; che egli è pronto
Di darmela: ſebbene ho gran ſoſpetto,
Ch' egli abbia volto il cuore alla fanciulla.

Fed. *Hai da dirmi ancor altro?* Tai. *Non ho altro.*
Ti dico bene, dolce Fedria mio,
Che io l' ho cercata, e ſon le cauſe molte,
Perchè io brami levargliela di mano.
Primieramente, perchè crede ogn' uno,
Che eſſa ſia mia Sorella: inoltre voglio
Renderla a' ſuoi. Io ſono affatto ſola;
Non ho parente alcuno, alcuno amico:
Ond' è, che a forza di favori, e grazie
Vo' procacciarmi alcun, che ben mi voglia.
Però ti prego a voler darmi mano,
Perchè mi avvenga ciò più facilmente.
Laſcia, che quel per queſti pochi giorni
Ne' noſtri amori compariſca il primo.
Non mi riſpondi? Fed. O *peſſima, a tai fatti*
Che vuoi, ch' io ti riſponda?

Par. *E viva,*

Par. Heu noſter, laudo. tandem perdoluit: vir es.
Ph. Haud ego neſciebam, quorſum tu ires. Parvola [a]
Hinc eſt abrepta: eduxit mater pro ſua:
Soror dicta eſt [b]: cupio abducere, ut reddam ſuis.
Nempe omnia haec nunc verba huc redeunt denique;
Excludor ego [c], ille recipitur: qua gratia?
Niſi illum plus amas, quam me; & iſtam nunc times,
Quae abducta eſt [d], ne illum tamen praeripiat tibi?
Th. Egon' id timeo? *Ph.* Quid te ergo ſolicitat [e]?
Num ſolus ille dona dat? nunc ubi meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier [1]?
Nonne, ubi mihi dixti, cupere te ex Aethiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus,
Quaeſivi? Eunuchum porro [f] dixti velle te,
Quia ſolae utuntur his reginae: repperi:
Heri minas viginti pro ambobus dedi:
Tamen contemptus abs te, haec habui in memoria:
Ob haec facta abs te ſpernor. *Th.* Quid iſtuc [g] Phaedria?
Quamquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri poſſe maxume; veruntamen,
Potius quam te inimicum habeam, faciam, ut juſſeris.

Ph. Utinam

VARIANTES LECTIONES

a parvula. *b* Soror dicta ſt. *c* Ego excludor. *d* Quae abducta ſt, ne illum talem eripiat tibi. *Sed in altero Codice legitur*: Quae advecta eſt, ne illum talem praeripiat tibi.
e aliud ſolicitat cedo? — Non ſolus ille dona dat. num ubi meam &c. *f* Porro Eunuchum. *g* iſthic.
1 interclaudier?

Par. *E viva: al fine*
Ti è doluto, ed hai moſtro d' eſſer uomo.
Fed. *Forſe che io non ſapeva, ove tu andaſſi*
A riuſcir'? Rapita piccolina
Fu da queſta cittade: e come ſua
Allevolla la madre: e tua Sirocchia
Vien detta; la vorrei tornare a' ſuoi.....
Cioè queſto diſcorſo tutto quanto
Alla fin ſi riduce, che l' eſcluſo
Son io, quei l' introdotto, ed a qual fine?
Se non che più di me ti è quegli a cuore,
Ed hai timor, che coteſta fanciulla,
Che egli ha portato, di ſe l' innamori,
E tu ne reſti ſenza? Tai. *Io di ciò temo?*
Fed. *E che altro ora t' inquieta? Dimmi un poco*
Egli è ſolo a donar? Trovaſti mai
La mia benignità per te ſerrata?
Dimmi, quando un ancella d' Etiopia
Mi chiedeſti; laſciato ogn' altro affare
Non la cercai? e bramoſa d' avere
Uno Eunuco, de' quali appreſſo noi
Si ſervon le Regine, nol trovai?
E jeri miſi fuor per ambedue
Ducento ſcudi: e da te diſprezzato
Pur d' eſſe mi ſovvenne; ed or mi auveggo
Con tutto queſto, che di me ti ridi.
Tai. *Fedria, che coſa è queſta? Sebben' io*
Brami di tor colei di mano a quello,
E creda, che nel modo diviſato
Sarebbe riuſcito; nulla meno
Piuttoſto che aver te per mio nemico,
Farò come vorrai.

Fed. *Voleſſe*

Ph. Utinam iſtuc verbum ex animo, ac vere diceres,
Potius quam te inimicum habeam. ſi iſtuc crederem
Sincere dici, quidvis poſſem perpeti.
Par. Labaſcit victus uno verbo. quam cito?
Th. Ego non ex animo miſera dico? quam joco
Rem voluiſti a me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem ut concedas ſolum. *Ph.* Siquidem biduum.
Verum ne fiant iſti viginti dies.
Th. Profecto non plus biduum, aut... *Ph.* Aut? nihil moror.
Th. Non fiet [1]. hoc modo ſine te exorem. *Ph.* Scilicet
Faciundum eſt, quod vis. *Th.* Merito [a] amo te [2]. bene facis.
Ph. Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum:
Ita facere certum eſt: mos gerundu' eſt Thaidi.
Tu huc, Parmeno, fac illi adducantur. *Par.* Maxume.
Ph. In hoc biduum Thais vale. *Th.* Mi Phaedria,
Et tu nunquid vis aliud? *Ph.* Egone quid velim?
Cum milite iſto praeſens abſens ut ſies:
Dies, nocteſque ames me [b]: me deſideres:
Me ſomnies: me expectes: de me cogites:
Me ſperes: me te oblectes: mecum tota ſis:
Meus fac ſis [c] poſtremo animus, quando ego ſum tuus.

Th. Me

VARIANTES LECTIONES

a te amo. *b* me ames. *c* faxis.

1 Non fiet hoc modo: ſine, te exorem. 2 Merito te amo. *Ph.* Bene facis. Rus ibo:

Fed. *Voleſſe il Ciel, che coteſta parola*
La diceſſi di cuore, e foſſe vera
Piuttoſto, che aver te per tuo nemico.
Se io ciò credeſſi detto ſenza inganno,
Sarei pronto a ſoffrir qualunque coſa.
Par. *Vinto il meſchin da una parola ſola*
Come preſto traballa!
Tai. *O me infelice! E non parlo di cuore?*
E qual coſa da me voleſti mai,
Che io non ti deſſi con allegro volto?
Ed io da te non poſſo ora impetrare,
Che ti ritiri per due giorni ſoli.
Fed. *Si per due giorni: e poi ſaranno venti.*
Tai. *Non certo più di due, od al più forſe....*
Fed. *O al più forſe? Oh di più non mi trattengo.*
Tai. *Non vi ſtarai di più: fammi tal grazia.*
Fed. *O via, ſi faccia quello, che tu vuoi.*
Tai. *Meritamente io t'amo: e ancor fai bene.*
Fed. *Anderò in villa, e quivi per due giorni*
Macererommi: sì certo ho da fare,
Ed ubbidire a Taide. Parmenone,
Fa, che coloro a lei ſieno condotti.
Par. *Non dubitar.* Fed. *E tu in queſti due giorni,*
Taide mia, ſta ſana. Tai. *E tu, mio Fedria,*
Altro da me tu vuoi?
Fed. *Quel che voglia io?*
Vo, che preſente a coteſto Soldato
Tu ſtia come lontana: e notte, e giorno,
Me ami, me deſii, me ſogni, e aſpetti,
A me penſi, in me ſperi, e in me t'allegri:
In ſomma, che di me tutta tu ſii,
Quando io ſon tutto tuo.

Tai. *Me*

79536

Th. Me miſeram! forſitan hic mihi parum[a] habeat fidem,
Atque ex aliarum ingeniis nunc me judicet.
Ego pol, quae mihi ſum conſcia, hoc certo ſcio,
Neque me finxiſſe falſi quidquam, neque meo
Cordi eſſe quemquam cariorem hoc Phaedria:
Et quidquid hujus feci, cauſſa virginis
Feci: nam me ejus ſpero fratrem propemodum
Jam reperiſſe[b], adoleſcentem adeo nobilem: &
Is hodie venturum ad me conſtituit domum.
Concedam hinc intro, atque expectabo, dum venit. *

VARIANTES LECTIONES

a parvam. *b* repperiſſe adoleſcentem adeo nobilem — Et is &c.

Tai. *Me infelice! coſtui m' ha poca fede,*
E come tutte l' altre eſſer mi ſtima.
Ma in quanto a me di queſto ſon ſicura,
Che in nulla l' ho ingannato, e che perſona
Più cara non ho io di queſto Fedria:
E che quello, che ho fatto, ho fatto ſolo,
Per la Giovan, di cui ho qualche ſpeme
D' aver già quaſi trovato il Fratello
Giovanetto aſſai nobile, e promeſſo
Oggi mi ha di venire a caſa mia:
Anderò dunque dentro ad aſpettarlo.

NOTAE

* Mirari ſatis non poſſum incongruam Actuum diviſionem in Eunucho. Etenim ſi in Comoediis Pantomimi, Geſticulatores, Joci, aliaque hujus generis oblectamenta induci in Scenam minimè ſolebant, niſi vacuum foret Actoribus theatrum; probari qui poteſt eorum ſententia, qui finem hìc Actui I. imponunt (quod ceteroqui in omnibus fere Terentii Comoediarum editionibus fieri animadverti), quum adhuc Phaedria, & Parmeno Scenam occupent? Anna Daceria hoc praecavere quum voluerit, Scenam dividit in duas, quarum primam concludit poſt Phaedriae verba:

Meus fac ſis poſtremo animus, quando ego ſum tuus.

Putatque Phaedriam, & Parmenonem abire, itaut decem ſequentes verſus a Thaide, quam unam arbitratur eſſe in Theatro, prolati Scenam III., & Actum I. conficiant. Lepide quidem atque ingenioſe. Sed quamvis ipſi aſſentiar, decem hos verſus ita a Thaide proferri, ut a Phaedria, & Parmenone audiri nequeant; eos tamen a theatro diſceſſiſſe minimè reor: Nam ipſa jam e theatro domum digreſſa praeinceptum ſermonem de Ancilla, & Eunucho ei tradendis proſequuntur: quae quidem res alium in Actum differenda minime eſſe videtur. Si itaque & mihi facultas aliqua concedatur, quam ſibi arrogaſſe quamplurimos conſtat, Actus dividendi; puto Actum I. concludi optime poſſe, poſtquam Chaerea & Parmeno e Scena diſceſſere, itaut Actus II. initium ſumatur a verbis Thraſonis:

Magnas vero agere gratias Thais mihi?

Deſinatque in iis Pithiae

Abi Dorias, cito hunc deduce ad militem:

Datoque initio Actui III. ab inductione Antiphonis in theatrum iis praeſertim de cauſſis, quas inferius recenſebimus, ſervari in reliquis, ſi libet, poſſit Daceriana diſtributio. Nihili enim pendendum cenſeo, quod integer Actus II. duabus dumtaxat Scenis conſtet, quum id ſuae diviſioni officere non putarint, qui Actum primum concludunt in poſtremis Thaidis verbis:

Concedam hinc intro, atque expectabo, dum venit.

Ter. Eun. Fig. III.

PHAEDRIA PARMENO



Ph. ITA face, ut juſſi [a]: deducantur iſti. *Par.* Faciam. *Ph.* At diligenter.
Par. Fiet. *Ph.* At mature. *Par.* Fiet. *Ph.* Satin' hoc mandatum eſt tibi?
Par. Ah rogitare? quaſi difficile ſiet [1]. utinam
Tam aliquid facile invenire poſſis Phaedria,
Hoc quam peribit [2]! *Ph.* Ego quoque una pereo, quod [3] mi eſt carius.
Ne iſthuc tam iniquo patiare animo. *Par.* Minime: quin
Effectum [b] dabo. Sed nunquid aliud imperas?
Ph. Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris: &
Iſtum aemulum, quod poteris, ab ea pellito.

Par. Memi-

VARIANTES LECTIONES

a Fac ita, ut juſſi. *Sic etiam in altero legitur Codice.* b Minime quin effectum — Dabo. Sed numquid aliud imperas? — *Ph.* Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris: & iſtum — Aemulum, quod poteris, ab ea pellito.

1 Ah rogitare; quaſi difficile ſit. Utinam, *ſed in antiquiori Codice ita diſtinguuntur carmina* — mandatum eſt tibi? Ah Rogitare, quaſi difficile ſit. — Utinam aliquid invenire facile poſſis, Phaedria. — Quam hoc peribit!
2 Quam hoc peribit! 3 mihi.

Fedria, e Parmenone.

Fed. *Fa tu come ti ho detto: ſien menati*
A Taide coſtoro. Par. *Ben farollo.*
Fed. *Ma con iſtudio.* Par. *Si farà.* Fed. *Ma preſto.*
Par. *Si farà.* Fed. *Ti par ciò detto abbaſtanza?*
Par. *E ſeguì ancora a farmene richieſta,*
Come ſe foſſe ciò difficil coſa?
Voleſſe il Ciel, che tanto facilmente
Alcuna coſa ritrovar poteſſi;
Siccome queſta n' anderà in malora.
Fed. *Vado in malora anche io con eſſo loro;*
Il che molto più duolmi, che neſſuna
Coſa di me a me trovo più cara:
Però non t' affannar, ſe io getto il dono.
Par. *Nulla del certo, anzi ſarai ubbidito.*
Altro da me richiedi? Fed. *Il noſtro dono*
Fa bello più, che ſai, con tue parole:
E il mio competitor, quanto potrai,

Caccia

Par. Memini [1], tametſi nullus moneas. *Ph.* Ego rus ibo, atque ibi manebo
Par. Cenſeo. *Ph.* Sed heus tu. *Par.* Quid vis? *Ph.* Cenſen' poſſe me obfirmare &
Perpeti, ne redeam interea? *Par.* Tene? non hercle arbitror.
Nam aut jam revertere, aut mox [a] noctu te [2] adiget horſum inſomnia.
Ph. Opu' faciam, ut defatiger uſque, in gratiis [b] ut dormiam.
Par. Vigilabis laſſus: hoc plus facies. *Ph.* Ah [c], nil [3] dicis Parmeno.
Ejiciunda hercle haec [d] eſt mollities animi. nimis me [e] indulgeo.
Tandem ego [f] non [4] illa caream, ſi ſit opus, vel totum triduum? *Par.* Hui,
Univorſum triduum? vide, quid agas. *Ph.* Stat ſententia.
Par. Dii boni, quid hoc morbi eſt? adeon' homines immutarier
Ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe? Hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis ſeverus quiſquam, nec magis continens.
Sed quis hic eſt, qui huc pergit? at at, hic quidem eſt paraſitus Gnatho
Militis: ducit ſecum una virginem huic dono: papae,
Facie honeſta. Mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo
Cum meo decrepito hoc eunucho. haec ſuperat ipſam Thaidem.

VARIANTES LECTIONES

a aut mox non tute adigent horſum inſomnia. *b* ingratis ut dormiam. *c* Abiſis, nihil dicis.
d haec eſt mollities. *e* mihi. *In utroque Codice.* *f* non ego illam caream.

1 Aut memini, tametſi nullus moneas. 2 noctu te adigent horſum inſomnia.
3 nihil. 4 Tandem ego illa caream, ſi ſit opus, vel totum triduum.

Caccia lontan da lei. Par. *Già queſte coſe*
L' avrei fatte da me ſenza tuo impluſo.
Fed. *Io andronne in villa, ed ivi tratterrommi.*
Par. *Fia bene.* Fed. *Ma o tu?* Par. *Che coſa voi?*
Fed. *Ti penſi, che averò tanto vigore*
Di non tornar fratanto a rivederla?
Par. *Tu? per certo nol penſo, perchè or' ora*
O ſarai ritornato, o pur tra poco,
Non potendo dormir, qua tornerai.
Fed. *Tanto lavorerò, che ſtanco al fine*
Io dormirò per forza. Par. *Acquiſterai*
Queſto male di più, che ſtarai deſto,
E ſarai ſtanco inſieme.
Fed. *Vattene, ſe tu vuoi; che nulla dici,*
Parmenone, di buono. Haſſi, per dio,
A ſcuoter così gran delicatezza
D' animo: troppo i voler miei ſecondo.
E che? s' uopo ne ſia, non ſarò buono
A ſtarmi ſenza lei anco tre giorni?
Par. *Tre giorni intieri? Vedi ciò che fai.*
Fed. *Ho così ſtabilito,* Par. *O buoni Dei,*
Che malattia è queſta! Per amore
Si cangia tanto un uomo, che non poſſa
Riconoſcerſi poi per quello ſteſſo?
Neſſuno fu del mio Padron più deſtro,
Più ſevero neſſun, neſſun più ſobrio.
Ma chi qua ſe ne viene? ah egli è certo
Gnatone il paraſito del Soldato.
Per donare a coſtei ſi conduce egli
Una fanciulla: cappita ella è bella!
Ed io con queſto mio Eunuco rancido
Appetto a lei farò ben rea comparſa.
Di Taide medeſma ella è più bella.

Gh. Di

Ter. Eun. Fig. IV.



Gn. DIi immortales, homini homo quid praeſtat? ſtulto intellegens
Quid intereſt? Hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi:
Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc, atque ordinis,
Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona.
Video ſentum, ſqualidum, aegrum, pannis anniſque obſitum.
Quid iſtuc, inquam, ornati eſt [a]? Quoniam miſer, quod habui, perdidi,
Hem quo redactus ſum! omnes noti me atque amici deſerunt.
Hic ego illum contempſi prae me: quid homo, inquam, ignaviſſime [1],
Itane paraſti te, ut ſpes nulla reliqua in te ſiet [b] tibi?

Simul

VARIANTES LECTIONES

[a] Quid iſtuc ornati eſt, inquam? [b] eſſet.
[1] ignaviſſume.

Gnatone, e Parmenone.

Gn. O *Sommi Dei, un uomo d' un altro uomo*
Quanto è miglior, e un ſaggio d'uno
ſtolto?
E ciò mi viene in mente per un fatto,
Ch' emmi accaduto or' ora.
Venendo oggi per piazza, ho riſcontrato
Un uom' della mia patria, e del mio grado,
Scialaqquatore, e che giù per la gola
Tutta mandò l' eredità paterna.
Veggiolo orrendo, ſquallido, ed infermo,
Pieno d' anni, e di ſtracci.
Che ornamento, gli dico, è mai coteſto?
Perchè, miſero me! tutto ho perduto
Quello, che io aveva, e vedi, ove ridotto
Sono; mi fugge ogn' uno, inſin gli amici.
Allor' io lo ſprezzai in mio confronto;
E gli diſſi: viliſſimo che ſei!
Ti ſei dunque condotto in cotàl modo,
Che ſpeme alcuna in te non ſia rimaſa?

Ed

Simul conſilium cum re amiſti? Viden' me ex eodem ortum loco?
Qui color; nitor, veſtitus, quae habitudo eſt corporis!
Omnia habeo, neque quidquam habeo: nil cum eſt, nil[a] deſit tamen.
At ego infelix neque ridiculus eſſe, neque plagas pati
Poſſum. Quid? tu[b] his rebus credis fieri? tota erras via.
Olim iſti fuit generi quondam quaeſtus apud ſeclum prius.
Hoc novum eſt aucupium: ego adeo hanc primus inveni viam.
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt: hos conſector: hiſce ego non paro me, ut rideant;
Sed[c] eis[1] ultro arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul:
Quidquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque:
Negat quis, nego: ait, ajo: poſtremo imperavi egomet mihi,
Omnia aſſentari. is quaeſtus nunc eſt multo uberrimus.
Par. Scitum hercle hominem! hic homines prorſum ex ſtultis inſanos facit.
Gn. Dum haec loquimur, interea loci ad macellum ubi advenimus,
Concurrunt[d] laeti mi[2] obviam cupedinarii omnes,
Cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores, aucupes,
Quibus & re ſalva & perdita profueram, & proſum ſaepe:
Salutant: ad coenam vocant: adventum gratulantur.

Ille

VARIANTES LECTIONES

a nihil cum eſt, nihil deſit tamen. *b* tun'. *c* Set is ultro adrideo.
d Concurrunt laeti mi obviam Cupedenari, Cetari, Lani, — Coqui, Fartores, Piſcatores, — Quibus &c.

1 Sed his ultrò adrideo, 2 mihi obviam Cuppedinarii, Cetarii, Lanii &c.

Ed hai perſo la robba, ed il cervello?
Oh guarda un poco me tuo paeſano:
Che color! che lindura! che veſtito!
Che compleſſione! Ho tutto, e non ho nulla;
E ſenza nulla, nulla mi biſogna.
Ma io infelice ſopportar non poſſo
D'eſſer battuto, e di fare il Buffone.
Che Buffon? che battuto? Aſſai all'ingroſſo
T'inganni: queſta fu ne' tempi antichi
La via di guadagnare. Ora ho trovato
Un nuovo paretaio. Evvi una ſorta
Di gente, ch'eſſer vuole in ogni coſa
Stimata per la prima, e non è tale.
Or a queſta vò dietro, e dommi a queſta,
Acciocchè ſi diverta a ſpeſe mie:
E volentieri le compiaccio, e moſtro
D'ammirar ſua virtude, e bello ingegno:
Quanto ella dice io lodo, e quello ſteſſo,
S'ella pur ſi diſdice, io lodo pure:
Nego quel, ch'ella nega; e quel, che dice,
Io dico. Al fin mi ſon fatta una legge
D'adular ſempre, ed è queſto un guadagno,
Che di gran lunga avanza tutti gli altri.
Par. *Uomo ſcaltro per certo: e a mio giudizio*
Coſtui gli ſcemi fa pazzi del tutto.
Gn. *Mentre così ſi parla, ecco ſi arriva,*
Dove in vendita ſtanno i buon bocconi:
E lieti a un tratto venirmi d'attorno
Io veggio Paſticceri, e Peſcivendoli,
Beccaj, Uccellatori, Pizzicaroli,
E Cuochi, a' quali nelle mie fortune,
E nelle mie diſgrazie ancor giovai,
E giovo ſempre. Mi ſalutan eſſi,
M'invitano a cenar con eſſo loro,
E fanno feſta per la mia comparſa.

O

Ille ubi miſer, famelicus, videt me eſſe in tantum honorem[1],
Et tam facile victum quaerere, ibi homo coepit me obſecrare,
Ut ſibi liceret diſcere id de me. Sectari juſſi:
Si potis eſt, tanquam Philoſophorum[a] habent diſciplinae ex ipſis
Vocabula, paraſiti itidem ut Gnathonici vocentur.
Par. Viden' otium, & cibu'[b] quid facit alienus? *Gn.* Sed ego ceſſo
Ad Thaidem hanc deducere & rogitare[c] ad coenam ut veniat.
Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem video,
Rivalis ſervum. ſalva eſt res[2]: nimirum hic homines frigent.
Nebulonem hunc certum eſt ludere. *Par.* Hiſce[3] hos munere arbitrantur
Suam Thaidem eſſe. *Gn.* Plurima ſalute Parmenonem
Summum ſuum impertit Gnatho. quid agitur? *Par.* Statur. *Gn.* Video:
Nunquidnam hic, quod nolis, vides? *Par.* Te. *Gn.* Credo: at nunquid aliud?
Par. Qui dum? *Gn.* Quia triſti' es[4]. *Par.* Nihil equidem. *Gn.* Ne ſis. ſed quid videtur
Hoc tibi mancupium[d]? *Par.* Non malum hercle. *Gn.* Uro hominem. *Par.* Ut
ſalſus animi[5] eſt!
Gn. Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare eſſe? *Par.* Hoc nunc dicis[6],
Ejectos hinc nos: omnium rerum, heus! viciſſitudo eſt.
Gn. Sex ego te totos, Parmeno, hos menſes quietum reddam;

Ne

VARIANTES LECTIONES

a Ut ſibi liceret diſcere id de me: ſectari juſſi, ſi potis eſt, — Tamquam Philoſophorum &c. *b* Et cibus, *prout etiam in altero Codice*. *c* rogare *concordant Codices*. *d* mancipium.

1 me eſſe tanto honore. 2 ſalva res eſt: nimirum homines frigent. 3 Hiice. 4 triſtis es. 5 animo. 6 dices.

Or quel meſchino morto dalla fame,
Vedendomi tenuto in tanto onore,
E che per tutto trovo da mangiare;
Mi ſupplica, e ſcongiura, che io gli voglia
Inſegnar sì bell' arte. Allora feci
Comando a lui, che me ſeguir doveſſe,
Che ſiccome le ſcuole de' Filoſofi
Denominar ſi ſogliono dal capo;
Così pretendo anch' io, che i Paraſiti
In avvenir ſi chiamino Gnatonici.
Par. *O vedi un poco quello, che fa l'ozio,*
E 'l cibo d' altri. Gn. *Ma ſto baloccando,*
E a Taide queſta non conduco,
E non la prego, perchè venga a cena?
Ma veggio appunto avanti la ſua porta
Che ſtaſſi Parmenon dolente, e triſto
Il ſervo del Rival. Sono a cavallo,
Perchè, al veder, coſtor non poſſon nulla,
E ſe ne ſtan come dal giel rappreſi.
Io mi voglio di lui prender piacere.
Par. *Coſtoro con tal dono ſi luſingano,*
Che Taide ſarà tutta per eſſi.
Gn. *Parmenon, ti ſaluta cordialmente,*
Come ſuo grande amico il tuo Gnatone.
Che ſi fa? Par. *Si ſta fermi.* Gn. *Io ciò ben veggio:*
Ma dimmi, vedi nulla, che ti ſpiaccia?
Par. *Veggio te.* Gn. *Te lo credo: ma non altro?*
Par. *E perchè?* Gn. *Perchè meſto tu mi ſembri.*
Par. *Nulla affatto.* Gn. *Ne godo. Or dimmi un poco,*
Che te ne par di queſta noſtra fante?
Par. *Non male al certo.* Gn. *Lo tocco ſul vivo.*
Par. *Come è mai finto!* Gn. *Or quanto tu ti credi,*
Che a Taide ſia grato il noſtro dono?
Par. *Tu dirai, che per lui ſarem cacciati*
Tutti da queſta caſa. Oh come è vero,
Che han le vicende ſue tutte le coſe!
Gn. *Spero, che per ſei meſi, o Parmenone,*
Viverai riposato, e non andrai

 Sopra,

Ne ſurſum, deorſum curſites; neve uſque ad lucem [1] vigiles.
Ecquid beo te? *Par.* Men'? papae. *Gn.* Sic ſoleo amicos. *Par.* Laudo.
Gn. Detineo te fortaſſe: tu profectus alio fueras [2].
Par. Nuſquam. *Gn.* Tum tu igitur paululum da mihi operae: fac admittar [3]
Ad illam. *Par.* Age modo, nunc tibi patent fores hae, quia iſtam ducis.
Gn. Num quem evocari hinc vis foras? *Par.* Sine, biduum hoc praetereat.
Qui mihi nunc uno digitulo forem [4] aperis fortunatus,
Nae tu iſtam [5] faxo calcibus ſaepe inſultabis fruſtra.
Gn. Etiam nunc hic ſtas, Parmeno? eho, numnam tu hic relictus cuſtos,
Ne quis forte internuncius clam a milite ad iſtam curſitet?
Par. Facete dictum. mira vero, militi quae placeant.
Sed video herilem filium minorem huc advenire.
Miror, qui ex Piraeo [6] abierit: nam ibi cuſtos publice eſt nunc.
Non temere eſt [7]: & properans venit: neſcio quid circumſpectat.

VARIANTES LECTIONES

1 neve ad lucem uſque. 2 Detineo te; fortaſſe tu profectus alio fueras. 3 ut admittar. 4 fores. 5 iſtas. 6 quid ex Piraeo. 7 Non temere, & properans venit.

Sopra, e ſotto correndo, e non ſtarai
Vegliando fino a giorno. Or non ti beo
Con queſte nuove? Par. *tu mi fai beato.*
O cappita! Gn. *Così tratto gli amici.*
Par. *Meriti lode.* Gn. *Io forſe ti trattengo,*
Che andato tu fareſti in altra parte.
Par. *No certo in luogo alcuno.* Gn. *Or via m' ajuta,*
Perchè ammeſſo io ne venga dalla Taide.
Par. *Va pure: adeſſo, che coſtei conduci,*
Ti ſtanno ſpalancate queſte porte.
Gn. *Vuoi tu, che alcun qua chiamiſi di fuora?*
Par. *Laſcia un poco paſſar queſti due giorni,*
E tu, che adeſſo con un ſol ditino,
Fortunato che ſei, apri queſt' uſcio,
Dopo co' calci inſulteraìlo in vano.
Gn. *Ancor quì, Parmenon, tu ti trattieni?*
Del certo, che tu ſtai quì per cuſtode,
Acciocchè del Soldato di naſcoſto
Non paſſi a lei qualche amoroſo meſſo.
Par. *Detto con grazia: Onde io ſon perſuaſo,*
Che poi tu piaccia tanto a quel Soldato.
Ma qua ſen viene il figliuolo minore
Del mio padrone: ed ho gran maraviglia,
Com' egli abbandonato abbia il Pireo,
Di cui è in oggi il publico cuſtode:
Non è vano il ſoſpetto, e vien correndo,
E non ſo che va riguardando intorno.

Ch. Occidi.

Ter. Eun. *Fig. 1.*



Act. II. Scena III.

Ch. OCcidi.
Neque virgo eſt uſquam, neque ego, qui illam e conſpectu amiſi meo.
Ubi quaeram? ubi inveſtigem? quem perconter? quam inſiſtam viam?
Incertus ſum: una haec ſpes eſt, ubi ubi eſt, diu celari non poteſt.
O faciem pulchram: deleo omnes dehinc ex animo mulieres:
Tedet quotidianarum harum formarum [a]. *Par.* Ecce autem alterum.
De amore neſcio quid loquitur [b]. o infortunatum ſenem!
Hic vero eſt, qui ſi occeperit, ludum jocumque dices
Fuiſſe illum alterum, praeut hujus rabies quae dabit.

Ch. Ut

VARIANTES LECTIONES

a harum quotidianarum formarum. *b* neſcio quid de amore loquitur. *Concordat cum altero Codice.*

Cherea, e Parmenone.

Ch. *SOn morto. Mi è ſparita la Fanciulla:*
Ed io, che fino a qui le tenni d' occhio,
Più non la vedo. E dove or cercherolla?
Ove rintraccerolla? e a qual perſona
Domanderonne? e qual terrò camino?
Non ſollo. Ma queſta unica ſperanza
Mi reſta, che dovunque ella ſi ſia,
Non potrà lunga tempo ſtar celata.
O belliſſimo volto! In queſto punto
Cancello dal mio cuor tutte le donne,
Che mi fan noia i viſi del paeſe.
Par. *Ecco queſto altro, che d' amor ragiona.*
O Vecchio ſventurato!
Perchè queſti, ſe punto s' innamora,
Farà tali ſtranezze, e tai pazzie,
Che appetto a lui dirai, che ſono ſcherzi
Gli amori di quell' altro.

Ch. *Che*

Ch. Ut di illum deaeque ſenium perdant [1], qui me hodie remoratus eſt;
Meque adeo, qui reſtiterim: tum autem qui illum flocci fecerim.
Sed eccum Parmenonem. ſalve. *Par.* Quid tu es triſtis? quidve alacris?
Unde is? *Ch.* Egone? neſcio hercle [2], neque unde eam, neque quorſum eam:
Ita prorſum oblitus ſum [3] mei.
Par. Qui quaeſo? *Ch.* Amo. *Par.* Ehem! *Ch.* Nunc, Parmeno, te oſtendes, qui vir ſies.
Scis te mihi ſaepe pollicitum eſſe: Chaerea, aliquid inveni
Modo, quod ames: in ea re utilitatem ego faciam ut noſcas meam:
Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.
Par. Age inepte. *Ch.* Hoc hercle factum eſt. fac ſis, nunc promiſſa appareant,
Sive adeo digna res eſt [a], ubi tu nervos intendas tuos.
Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum: quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles ſient.
Si qua eſt habitior paulo, pugilem eſſe ajunt: deducunt cibum:
Tametſi bona eſt natura [b], reddunt curatura junceas [c]:
Itaque ergo amantur. *Par.* Quid tua iſtaec? *Ch.* Nova figura oris. *Par.* Papae.
Ch. Color vetus [d], corpus ſolidum, & ſucci plenum. *Par.* Anni? *Ch.* Sedecim [e].
Par. Flos ipſe [f]. *Ch.* Hanc tu mihi vi, clam, precario [g]

Fac

VARIANTES LECTIONES

a Si adeo digna res eſt. *Concordat cum altero Codice.* *b* bona ſit natura. *c* junceam. *d* verus. *In utroque Codice.* *e* Anni ſedecim. *Sic etiam in altero Codice.* *f* flos ipſum. *g* vel vi, vel clam, vel precario.

1 Ut illum Di Deaeque ſenem omnes perdant. 2 Ego neſcio hercle. 3 prorſus ſum oblitus.

Ch. *Che gl' Iddii, e le Dee ſpiantin quel Vecchio,*
Che mi trattenne, e me ſpiantino ancora,
Che mi fermai, ne me ne feci beffe.
Ma ecco Parmenone: ti ſaluto.
Par. *Perchè ſei così triſto, e inqueto tanto?*
E dove vai? Ch. *Per Dio, che non ſo nulla,*
Ne donde io venga, ne in qual parte io vada;
Sì di me ſon dimenticato affatto.
Par. *E come queſto in grazia?* Ch. *Ardo d' amore.*
Par. *Si ne?* Ch. *Tu adeſſo mi farai vedere,*
Parmenone, qual uomo tu ti ſii;
Che molte volte m' hai detto, e promeſſo:
Cherea ritrova pure qualche coſa
A modo tuo da porvi ſopra amore;
Che allor vedrai tu quello, che io ſo fare
Per tuo vantaggio. E mi dicevi queſto,
Quando io molte coſe da mangiare
Rubava al Padre mio, e di ſoppiatto
Te l' arrecava in ſtanza. Par. *Or via, la trova,*
Dappoco che tu ſei. Ch. *Io l' ho trovata;*
Or tue promeſſe adempi. E certo è coſa
Degna, che tu ci ponga ogni tua forza.
Non è già mica queſta mia fanciulla
A guiſa delle noſtre, che le Madri
Voglion, che ſtieno colle ſpalle baſſe,
E 'l petto ſtretto, acciocchè ſieno magre;
E s' alcuna ve n' è pienotta, e forte;
Dicon, che è buona per menar le mani
Ne' publici ſteccati, ed ogni giorno
Le ſcemano il mangiar, ed a diſpetto
Della buona natura a poco a poco
La fan di forte debole qual giunco,
E s' aman per tal via, Par. *Or queſta tua,*
Che coſa è mai? Ch. *Ha un viſo affatto nuovo.*
Par. *Cappita!* Ch. *Un color vero, un corpo ſodo,*
E tutto ſugo. Par. *E ad anni come ſtiamo?*
Ch. *Son ſedici.* Par. *Per certo ella è in ſul fiore.*
Ch. *Or queſta fa, che io l' abbia in tutti i modi*

O a for-

Fac tradas: mea nil [a] refert, dum potiar modo.
Par. Quid, virgo cuja eſt? *Ch.* Neſcio hercle. *Par.* Unde eſt? *Ch.* Tantundem
Par. Ubi habitat?
Ch. Ne id quidem. *Par.* Ubi vidiſti? *Ch.* In via. *Par.* Qua ratione amiſiſti [1]?
Ch. Id equidem adveniens mecum ſtomachabar modo.
Neque quemquam hominem eſſe [b] ego arbitror, cui magis bonae
Felicitates omnes adverſae ſient.
Quid hoc eſt ſceleris? perii. *Par.* Quid factum eſt [2]? *Ch.* Rogas?
Patris cognatum atque aequalem Archidemidem
Noſtin' [c]? *Par.* Quid ni? *Ch.* Is, dum ſequor hanc [d], fit mihi obviam.
Par. Incommode hercle. *Ch.* Imo enimvero infeliciter:
Nam incommoda alia ſunt dicenda, Parmeno.
Illum, liquet mihi dejerare, his menſibus
Sex ſeptem prorſum non vidiſſe proxumis,
Niſi nunc, cum minime vellem, minimeque opus fuit.
Eho, nonne hoc monſtri ſimile eſt? quid ais? *Par.* Maxume.
Ch. Continuo accurrit ad me, quam longe quidem,
Incurvus, tremulus, labiis [e] demiſſis, gemens:
Heus heus, tibi dico Chaerea, inquit. reſtiti.
Scin', quid ego te volebam? dic. Cras eſt mihi
Judicium. quid tum? ut diligenter nuncies [f]

Patri,

VARIANTES LECTIONES

a nihil. *b* quemquam ego eſſe hominem. *c* Noviſtin'? *d* dum hanc ſequor, *prout etiam in altero Cod.*
e labris. *f* nunties.

1 amiſti. 2 *Par.* Quid hoc ſceleris eſt? *Cher.* Perii. *Par.* Quid factum eſt?

O a forza, o di naſcoſto, o con preghiere,
Che non m' importa, purchè mia divenga.
Par. *Su via: ma dimmi, sì bella fanciulla*
In poter di chi ſta? Ch. *Ne queſto io ſollo.*
Par. *Ove alberga?* Ch. *Nepure.* Par. *Ed in qual parte*
L' hai tu veduta? Ch. *In mezzo della via.*
Par. *E perchè la perdeſti tu di viſta?*
Ch. *Oh queſto ſi, che io ſollo; e per la ſtrada*
Venendo or meco ſteſſo m' adirava.
Ah che non può trovarſi un uomo al mondo
Di me più sfortunato! Par. *E che ti avvenne?*
Ch. *Son ſpedito.* Par. *Perchè?* Ch. *Me ne domandi?*
Conoſci tu Archidemide parente
Di mio Padre, ſuo pari, e ſuo compagno?
Par. *Beniſſimo.* Ch. *Coſtui, mentre che io ſeguo*
Queſta fanciulla, mi ſi para avanti.

Par. *Coſa incomoda al certo.* Ch. *Anzi infelice*
Al maggior ſegno:
Che gl' incomodi ſon d' un' altra fatta.
Potrei giurar, che ſono da ſei meſi,
E forſe ſette, che non l' ho mai viſto
Da oggi in fuor: nè ciò punto voleva,
E non v' era biſogno. Or queſta coſa
Non ha del moſtruoſo? Che ne dici?
Par. *Dell' arcimoſtruoſo.* Ch. *A dirittura*
Vien da lungi correndo ad inveſtirmi
Curvo, tremante, e co' labri caſcanti,
E piangendo, e per nome egli m' appella;
Io mi ſoffermo. Sai tu quel, che io voglio
Da te? Dillo. Domani ho a comparire
In giudizio. E così? perchè a tuo padre
Tu dica, che non gli eſca di memoria

Di

Patri, advocatus mane mihi eſſe ut meminerit.
Dum haec dicit [1], abiit hora. rogo, num quid velit.
Recte, inquit. abeo. cum huc reſpicio ad virginem,
Illa ſeſe interea commodum huc advorterat
In noſtram hanc plateam [a]. *Par.* Mirum, ni hanc dicit, modo
Huic quae data eſt dono. *Ch.* Huc cum advenio, nulla erat.
Par. Comites ſequuti ſcilicet ſunt virginem?
Ch. Verum; paraſitus cum ancilla. *Par.* Ipſa eſt ilicet.
Deſine: jam conclamatum eſt. *Ch.* Alias res agis.
Par. Iſtuc ago quidem [2]. *Ch.* Noſtin', quae ſit? dic mihi: aut
Vidiſtin' [b]? *Par.* Vidi, novi: ſcio, quo abducta ſit.
Ch. Eho Parmeno mi, noſtin'? *Par.* Novi. *Ch.* Et ſcis, ubi ſiet [c]?
Par. Huc deducta eſt ad Thaidem [d]: ei dono data eſt.
Ch. Quis is eſt tam potens [e] cum tanto munere hoc? *Par.* Miles Thraſo,
Phaedriae rivalis. *Ch.* Duras fratris partes praedicas.
Par. Imo enim [f], ſi ſcias, quod donum huic dono contra comparet,
Tum magis dicas [g]. *Ch.* Quodnam quaeſo hercle? *Par.* Eunuchum. *Ch.* Illumne obſecro
Inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt here [3], ſenem, mulierem?
Par. Iſtunc ipſum. *Ch.* Homo quatietur certe cum dono foras [h].

Sed

VARIANTES LECTIONES

a In hanc noſtram plateam: *& in hoc concordant Codices.* *b* Aut vidiſtin? *c* ubi ſit. *d* ad meretricem Thaidem, *& ſic in altero quoque Codice.* *e* Qui eſt tam potens. *f* Immo ſi ſcias. *g* Tum magis id dicas; *in quo conveniunt Codices.* *h* Iſtum ipſum. *Ch.* Quatietur certè cum donis foras.

1 Dum haec loquitur. 2 Iſtuc equidem ago. 3 heri.

Di farmi da Avvocato: E un' ora intera
Se n' andò mentre diſſe queſte coſe.
Gli chiedo ſe vuol' altro; mi riſponde,
Che non vuol altro: io me ne vado; e intanto
Mi volgo in qua guardando alla fanciulla:
Ed in quel mentre io vidi, che ella entrava
In queſta noſtra piazza. Par. *Sta a vedere,*
Che ella è colei, che a Taide han donata.
Ph. *Qua corro a dirittura, e non la trovo.*
Car. *Non avea la fanciulla de' compagni?*
Ch. *Avéva il paraſito, ed una fante.*
Par. *Ella è deſſa per certo. Or via t' accheta,*
Io ſo chi ella è, fa pur bocca da ridere.
Ch. *Tu penſi ad altro, ovvero non m' intendi.*
Par. *Io penſo a queſto, e ti capiſco bene.*
Ch. *Sai tu chi ſia? Deh dimmelo. E l' hai viſta?*
Par. *La vidi, la conobbi, e ſo a un puntino*
Dov' è ſtata condotta. Ch. *O Parmenone,*
E tu l' hai conoſciuta? Par. *La conobbi.*
Ch. *E ſai dov' ella ſia?* Par. *Qui dalla Taide*
Fu menata, e vi fu menata in dono.
Gh. *E chi è Coſtui di così gran potenza,*
Che poſſa fare un don tanto ſfogiato?
Par. *Il Soldato Traſon, quei, che rivale*
E di Fedria. Ch. *Infelice mio fratello,*
Che ha sì poſſente, e gran competitore!
Par. *Ma molto più infelice, ſe ſapeſſi*
Il don, che appetto a queſto egli vuol farle.
Ch. *E qual dono, per dio? Io te ne prego.*
Par. *Un certo Eunuco.*
Ch. *Forſe quel bruttaccio,*
Ch' e' comprò l' altro jer vecchio, e da poco?
Par. *Appunto quello.* Ch. *Affè che il mio fratello*
Con tutto il don ſarà cacciato fuora.

Sed iſtam Thaidem non ſcivi nobis vicinam. *Par.* Haud diu eſt.
Ch. Perii. nunquam ne etiam me illam vidiſſe? ehodum dic mihi,
Eſt ne, ut fertur, forma? *Par.* Sane. *Ch.* At nihil ad noſtram hanc. *Par.* Alia res eſt [a].
Ch. Obſecro te hercle [1], Parmeno, fac ut potiar. *Par.* Faciam ſedulo, ac
Dabo operam: adiutabo [b]. nunquid me aliud? *Ch.* Quo nunc is? *Par.* Domum,
Ut mancipia haec, ita ut juſſit frater, deducam [2] ad Thaidem.
Ch. O fortunatum iſtum Eunuchum, qui quidem in hanc detur domum!
Par. Quid ita? *Ch.* Rogitas? Summa forma ſemper conſervam domi
Videbit, conloquetur, aderit una in unis aedibus,
Cibum non nunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.
Par. Quid, ſi nunc tute fortunatus fias? *Ch.* Qua re Parmeno?
Reſponde. *Par.* Capias tu illiu' veſtem. *Ch.* Veſtem? quid tum poſtea?
Par. Pro illo te deducam. *Ch.* Audio. *Par.* Te eſſe illum dicam [3]. *Ch.* Intellego.
Par. Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modo:
Cibum una capias, adſis, tangas, ludas, propter dormias:
Quandoquidem illarum neque quiſquam te novit [c], neque ſcit qui ſies.
Praeterea forma, aetas ipſa eſt, facile ut te pro Eunucho probes [d].
Ch. Dixiſti pulchre: nunquam vidi melius conſilium dari.
Age eamus intro [e]: nunc jam orna me, abduc, duc, quantum poteſt [4].
Par. Quid

VARIANTES LECTIONES

a Alia res. *b* adiuvabo *in utroque Codice*. *c* Neque te quiſquam novit, *& ſic etiam in altero legitur Codice*.
d ut pro Eunucho probes. *Ch.* Dixti probe. *e* Age eamus: intro nunc jam: orna me: abduc quanto poteſt.

1 Obſecro hercle, Parmeno, fac ut potiar. 2 ducam. 3 Te illum eſſe, dicam. 4 quantum potes.

Ma non ſeppi giammai, che queſta Taide
Ci abitaſſe vicina. Par. *Non è molto.*
Ch. *Son rovinato. E ſi può dare il caſo,*
Che finora io non l'abbia mai veduta!
Ma dimmi, è bella poi, quanto ſi dice?
Par. *Si: bella.* Ch. *Ma non mai, come la mia.*
Par. *Altra coſa per certo ella è la tua.*
Ch. *Perciò ti prego a farmela godere.*
Par. *Ti ſervirò con ogni accuratezza,*
Ti darò mano, ajuterotti: or' altro
Voi tu da me? Ch. *E adeſſo ove ten vai?*
Par. *Vo a caſa per portar queſti regali*
A Taide, conforme il tuo fratello
M' ha comandato. Ch. *O fortunato Eunuco,*
Che in quella caſa da te ſia condotto!
Par. *E perchè?* Ch. *Me lo chiedi? A tutte l'ore*
Ei vedrà la belliſſima conſerva,
Le parlerà, faranno vita inſieme,
Mangerà ſeco, e dormiralle appreſſo.

Par. *Or che direſti tu, ſe io ti faceſſi*
Diventare quell' uomo sì felice?
Ch. *Parmenone, in che modo? o via ſu dillo.*
Par. *La veſte ſua tu prenderai.* Ch. *La veſte!*
E che ſarà di poi?
Par. *Menerotti in ſuo cambio.* Ch. *Aſcolto.* Par. *E quello*
Eſſere te dirò. Ch. *T' intendo.* Par. *Allora*
Di que' beni godrai, che goder quello
Poco fa tu dicevi. Ad una menſa
Mangerai ſeco, e l'averai preſente;
La toccherai, e ſcherzeraici ancora;
Ci dormirai vicino; ogni qualvolta
Neſſun di quella caſa ti conoſce,
Ne ſa chi tu ti ſia; ed il tuo volto,
E l'età daran forza a queſto inganno.
Ch. *Hai detto ben: non ſi potea dir meglio.*
L' hai tu penſata certo a meraviglia.
Su dunque entriamo in caſa, ivi mi veſti,
Quindi mi leva, e là mi guida preſto.

Par. *Che*

Par. Quid agis? jocabar equidem. *Ch.* Garris. *Par.* Perii! quid ego egi miſer?
Quo trudis? perculeris jam tu me? tibi equidem dico, mane.
Ch. Eamus. *Par.* Pergin'? *Ch.* Certum eſt. *Par.* Vide, ne nimium calidum[a] hoc ſit modo.
Ch. Non eſt profecto. ſine. *Par.* At enim iſtaec in me cudetur faba. ah
Flagitium, facinus. *Ch.* An id flagitium eſt, ſi in domum meretriciam
Deducar, & illis crucibus, quae nos, noſtramque adoleſcentiam[b]
Habent deſpicatam, & quae nos ſemper omnibus cruciant modis,
Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur[2]?
An potius haec patri aequom eſt fieri[c], ut a me ludatur dolis?
Quod qui reſcierint, culpent: illud merito factum omnes putent.
Par. Quid iſtuc[d]? ſi certum eſt facere, facias. verum ne poſt conferas
Culpam in me. *Ch.* Non faciam. *Par.* Jubes ne? *Ch.* Jubeo[e], cogo[3], atque impero.
Nunquam defugiam[f] auctoritatem. *Par.* Sequere. *Ch.* Dii[4] vortant bene.


VARIANTES LECTIONES

a callidum. *Et in hoc concordant Codices.* *b* aduleſcentiam. *c* aequom ſit fieri. *d* iſthic? *quod in altero etiam legitur Codice.* *e* Jubeam? *f* defugio. *g* Di.

1 ah, flagitium facimus. 2 ut ab his fallimur? 3 Immo cogo. 4 Di vertant bene.

Par. *Che mi dì tu? Per certo, che ho burlato.*
Ch. *Chiacchierone.* Par. *Son morto: e che mai feci?*
Ma tu dove mi ſpingi? Alla perfine
Mi getterai per terra. O *via ſta fermo.*
Ch. *Andiamo.* Par. *E ancor perſiſti?* Ch. *Certamente.*
Par. *Guarda, che queſta coſa poi non ſia*
Pericoloſa. Ch. *Non è tal; facciamola.*
Par. *Io già veggio per aria i correggiati,*
E veggio il capo mio cangiato in aja,
Ove ſi batterà poi queſta fava.
O *infamità majuſcola!* Ch. *E in che modo?*
Perchè in caſa n' andrò d' una bagaſcia?
E a quegli affanni, a que' noſtri capeſtri,
Che noi, e queſta noſtra adoleſcenza
Deridono, ed in mille aſpre maniere
Vanno trattando, farò villania,
E ſchernirolle, come ci han ſchernito?
Queſta non parmi infamità del certo.
Anzi l' ingannator, quando è ingannato,
Tanto è lontan, che ciò diſpiaccia altrui,
Che dà piacere quella ſua diſgrazia.
Par. *A che tanti diſcorſi? Se ſtai fermo*
Nel penſiero di fare una tal coſa;
E noi faciamla; ma poi ti ricordo,
Che non addoſſi a me tutta la colpa.
Ch. *Nol farò mai.* Par. *Me ne fai tu comando?*
Ch. *Te lo faccio, ti forzo, e te l' impono.*
Par. *Ubbidirotti ſempre: andiamo via.*
Ch. *I ſommi Dei ce la mandin buona.*

Thr. Magnas



Thr. MAgnas vero agere gratias Thais mihi [1].
Gn. Ingenteis. *Thr.* Ain' tu, laeta eſt? *Gn.* Nôn tam ipſo quidem
Dono, quam abs te datum eſſe: id vero ſerio
Triumphat. *Par.* Huc proviſo [a], ut, ubi tempus ſiet,
Deducam. ſed eccum militem. *Thr.* Eſt iſtuc datum
Profecto mihi, ut ſint grata [b] quae facio omnia.
Gn. Advorti hercle animum. *Thr.* Vel rex ſemper maxumas [c]
Mihi agebat, quidquid feceram, aliis non item.
Gn. Labore alieno magno [2] partam gloriam
Verbis ſaepe in ſe tranſmovet, qui habet ſalem,

Qui

VARIANTES LECTIONES

a Hoc proviſo. *b* ut grata mihi ſint, *prout etiam in altero Codice.* *c* maximas gratias.
1 mihi? *2* magnam partam gloriam.

Traſone Soldato, Gnatone, e Parmenone.

Tra. *SIcchè molto Taide mi ringrazia?*
Gn. *Moltiſſimo. Ma dimmi, partì allegra?*
Gn. *Allegra? e come! non tanto pel dono,*
Quanto perchè le vien dalle tue mani:
E di queſto ſul ſerio ella trionfa.
Par. *Io vo' vedere un poco, quando è tempo*
Di condurre l' amico. Ma coſtui
E il Soldato. Tra. *Io ho queſto privilegio,*
Che tutto quel, che io fo, piaccia a ciaſcuno.
Gn. *Per verità, che io pur me n' era accorto.*
Tra. *Lo ſteſſo Re, di quanto a lui faceva,*
Mi ringraziava; il che non fea con gli altri.
Gn. *Chi ha, conforme hai tu, gran ſale in teſta,*
Si fa propria, parlando, quella gloria,
Che altri ſi guadagnò con gran fatica.

 Tra. *Così*

Qui in te eſt *Thr.* Habes *Gn.* Rex te ergo in oculis [1]. *Thr.* Scilicet.
Gn. Geſtire [a]. *Thr.* Vero [2]. credere omnem exercitum,
Conſilia. *Gn.* Mirum. *Thr.* Tum ſicubi eum ſatietas
Hominum, aut negoti [b] ſi quando odium ceperat,
Requieſcere ubi volebat, quaſi: noſtin'? *Gn.* Scio.
Quaſi ubi illam expueret miſeriam ex animo. *Thr.* Tenes.
Tum me convivam ſolum abducebat ſibi [3]. *Gn.* Hui,
Regem elegantem narras. *Thr.* Imo ſic homo
Eſt perpaucorum hominum. *Gn.* Imo nullorum arbitror,
Si tecum vivit. *Thr.* Invidere omnes mihi,
Mordere clanculum: ego flocci pendere [c]:
Illi invidere miſere. verum unus tamen
Impenſe, elephantis quem indicis [d] praefecerat,
Is ubi moleſtus magis eſt; quaeſo, inquam, Strato,
Eo ne es ferox, quia habes imperium in belluas?
Gn. Pulchre me hercle dictum & ſapienter. papae,
Jugularas hominem. quid ille? *Thr.* Mutus illico.
Gn. Quid ni eſſet? *Par.* Di voſtram fidem [4], hominem perditum,
Miſerumque, & illum ſacrilegum. *Thr.* Quid illud, Gnatho [e],
Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio,
Nunquid tibi dixi [5]? *Gn.* Nunquam: ſed narra obſecro.

Plus

VARIANTES LECTIONES

a Geſtare. *b* negotii, *Et in hoc concordant Codices*. *c* ego non flocci pendere. *d* indiciis.
e Quid illud Gnatho? — Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio, — Numquam tibi dixi.

1 in oculis? 2 verum credere. 3 Tum me convivam abducebat ſibi.
4 Di veſtram fidem. 5 Numquam dixi tibi?

Tra. *Così è*. Gn. *Dunque il Re ſempre d' attorno*...
Tra. *Si certo*. Gn. *Ti voleva*... Tra. *Anzi a me ſolo*
Fidava tutto il campo, e' ſuoi conſigli.
Gn. *Gran coſa*! Tra. *E quando egli ſentiaſi ſazio*
D' uomini, e di negozj, e che voleva
Un poco di riposo; allora quaſi...
Mi hai tu capito? Gn. *Intendo*. *Allora quaſi*
Egli voleſſe rallegrarſi un poco...
Tra. *Giuſto coteſto*. *Allora egli me ſolo*
Conduceva, perchè cenaſſi ſeco.
Gn. O *che Signor di garbo*! Tra. O*h de' ſuoi pari*
Se ne contano pochi. Gn. *Anzi neſſuno*,
S' ei vive teco. Tra. *Allor tutti d' accordo*
Preſermi ad invidiar, e di naſcoſto
A lacerarmi, ed io a non curarli,
Perchè più ſi morivan dalla rabbia.
Nulladimeno un certo tal, che il Rege
Cuſtode dichiarò degli Elefanti,
M' aveva aſſai più, che ciaſcuno a noja.
Ora a me queſti mentre è più moleſto,
Io diſſi: olà Soldato, tu ſei dunque
Fiero così, perchè alle belve imperi?
Gn. O *che bel detto*! *e con quanto giudizio*!
Egli ſarà rimaſo in ſu la botta.
Diſſe egli nulla? Tra. *Si fè muto a un tratto*.
Gn. *E vanne a far di meno*. Par. O *ſommi Dei*,
Imploro il voſtro ajuto. *Oh che furfante*
E' l' uno, e l' altro! Tra. *Ti ho narrato mai*,
Gnatone, come in mezzo a un bel convinto,
Io toccaſſi ſul vivo un tal Rodiotto?
Gn. *No*: *ma ti prego a volermelo dire*.

Più

Plus millies jam audivi [a]. *Thr.* Una in convivio
Erat hic, quem dico, Rhodius adoleſcentulus.
Forte habui ſcortum: coepit ad id adludere [1],
Et me inridere. quid agis [b], inquam, homo impudens [2]?
Lepus tute es, & pulpamentum quaeris. *Gn.* Ha, ha, hae.
Thr. Quid eſt? *Gn.* Facete, lepide, laute, nihil ſupra.
Tuum ne, obſecro te, hoc dictum erat? vetu' [3] credidi.
Thr. Audieras? *Gn.* Saepe; & fertur in primis. *Thr.* Meum eſt.
Gn. Dolet dictum imprudenti adoleſcenti, & libero.
Par. At te dii perdant! *Gn.* Quid ille quaeſo? *Thr.* Perditus.
Riſu omnes, qui aderant, emoriri. denique
Metuebant omnes jam me. *Gn.* Non injuria.
Thr. Sed heus tu, purgon' ego me de iſtac Thaidi,
Quod eam me amare ſuſpicata eſt? *Gn.* Nihil minus:
Imo magis auge [c] ſuſpicionem. *Thr.* Cur? *Gn.* Rogas?
Scin'? ſi quando illa mentionem Phaedriae
Facit, aut ſi laudat, te ut male urat. *Thr.* Sentio.
Gn. Id ut ne fiat, haec res ſola eſt remedio.
Ubi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
Continuo. ſi quando illa dicet, Phaedriam [d]
Commiſſatum intromittamus; tu, Pamphilam
Cantatum provocemus. ſi laudabit haec

Illius

VARIANTES LECTIONES

a Plus millies audivi. *b* Quid ais? *c* Immo auge magis. *d* dicit, Phaedriam intromittamus commiſſatum. *Concordat in altero Codice.*

1 ludere. 2 quid ais homo, inquam, impudens? 3 vetus.

Più di millanta volte me l' ha detto.
Tra. *Era meco al convinto una Bagaſcia,*
E quel Rodiotto ſcherzava con lei,
E di me ſi rideva. O ſvergognato,
Gli diſſi allora, ancor tu ſei pignatta,
E vuoi far da coperchio? Gn. *Ah ah, che io muoro.*
Tra. *Di che?* Gn. *Dalle gran riſa: oh che bel detto!*
Com' è faceto, ſalato, gentile!
Non ſi può dir di più. Dimmi, è egli tuo,
Oppur è qualche bel proverbio antico?
Tra. *Che l' udiſti altre volte?* Gn. *Molte volte;*
E va tra' più famoſi. Gn. *E' un detto mio.*
Gn. *Mi duole in verità, che l' abbi uſato*
Con un fanciullo nobile, e imprudente.
Par. *E ancor ti ſoffre Iddio!* Gn. *E quegli allora?*
Tra. *Si perſe: e ſi moria ciaſcun dal riſo,*
Talche tutti di me preſer timore.
Gn. *E con ragion.* Tra. *Ma dimmi un pò Gnatone;*
E' ben, che io mi ſinceri colla Taide,
Che mi crede per certo innamorato
Della fante, di cui le ho fatto dono?
Gn. *Nulla; anzi accreſcele il ſoſpetto.*
Tra. *Perchè?* Gn. *Me ne domandi? Or tu m' aſcolta.*
Se Fedria in bocca ella averà talora,
Se loderallo per darti martello;
Queſto ſoſpetto ti darà la vita,
E farà sì, che muterà linguaggio.
S' ella nomina Fedria; e tu de fatto
Panfila appella: E ſe ella dice, a pranzo
Chiamiamo Fedria; e tu Pamfila ancora
Chiamiamo, acciocchè canti. Se talora
Loderà quella la beltà di lui;

Tu

Illius formam; tu hujus contra. denique
Tu par pari referto [1], quod eam remordeat.
Thr. Siquidem me amaret, tum iſtuc prodeſſet Gnatho.
Gn. Quando illud, quod tu das, expectat, atque amat;
Jam dudum amat te: jam dudum illi facile fit,
Quod doleat: metuit ſemper, quem ipſa nunc capit
Fructum, ne quando iratus tu alio conferas.
Thr. Bene dixti: at [2] mihi iſtuc non in mentem venerat.
Gn. Ridiculum: non enim cogitaras: caeterum,
Idem hoc tute melius quanto inveniſſes, Thraſo!

VARIANTES LECTIONES

1 Par pro pari referto, quod eam mordeat. *Prout etiam in altero Codice.* 2 ac.


Tu innalza a' Cieli la beltà di lei:
Le renderai per fine il contracambio,
Che ugualmente la punga. Tra. *Queſta coſa*
Andrebbe ben, ſe mi amaſſe davvero.
Gn. *Quando ella il dono tuo aſpetta, ed ama;*
Aſſai ti ama: e aſſai facil ti fia
Darle tormento, perchè a tutte l' ore
Avrà timore, che sdegnato altrove
Quel frutto, che a lei dai, tu non traſporti.
Tra. *Hai detto bene. A me ciò non ſovvenne.*
Gn. *Perchè non ci penſaſti; che del reſto,*
Oh quanto meglio l' avreſti trovato
Da per te ſteſſo colla tua gran mente!

Dom. Miſerotti ſculp.

Th. Audire

Ter. Eun.

Fig. VII.



Act. III. Scena II.

Th. Audire vocem viſa ſum modo militis:
Atque eccum. ſalve mi Thraſo. *Thr.* O Thais mea,
Meum ſuavium, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina iſtac? *Par.* Quam venuſte! quod dedit
Principium adveniens! *Th.* Plurimum merito tuo.
Gn. Eamus ergo ad coenam: quid ſtas? *Par.* Hem alterum.
Ex homine hunc natum dicas. *Th.* Ubi vis, non moror[1],
Par. Adibo, atque adſimulabo, quaſi nunc exeam.
Ituran' mi Thais[a] quopiam es? *Th.* Ehem, Parmeno,
Bene pol feciſti: hodie itura. *Par.* Quo? *Th.* Ecquid hunc non vides?
Par. Video,

VARIANTES LECTIONES

a Itura, mi Thais, quopiam es?
1 num moror?

Taide, Traſone, Parmenone, Gnatone, e Pitia.

Tai. *Mi è paruto d'udire in queſto punto*
La voce del ſoldato, e giuſto è deſſo.
Ti ſaluto Traſone. Tra. *O cara Taide,*
Mia dolcezza, che fai? e quanto m' ami
Per queſta ſonatrice, che ti ho dato?
Par. *O vedi garbo: o vedi, che principio*
Di ragionar! Tai. *Per lo tuo merto aſſai.*
Gn. *Andiamo dunque a cena: e tu che fai?*
Perchè non vieni? Par. *Ed eccoti queſt' altro,*
Che lo direſti figlio di coſtui.
Tai. *Andiam quando tu vuoi.* Par. *Andronne a lei,*
E farò viſta d' uſcir or di caſa.
Taide ſtai per gire in qualche luogo?
Tai. *O Parmenone, quanto hai fatto bene*
A domandarmelo. Oggi debbo ire...
Par. *E dove?* Tai. *E tu non vedi quì coſtui?*
Par. *Lo*

Par. Video, & me taedet. ubi vis, dona adſunt tibi
A Phaedria. *Thr.* Quid ſtamus? cur non imus hinc?
Par. Quaeſo haercle ut liceat, pace quod fiat tua,
Dare huic quae volumus, convenire, & conloqui.
Thr. Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia.
Par. Res indicabit. heus jubete iſtos foras
Exire, quos juſſi. ocius procede tu huc.
Ex Aethiopia eſt uſque haec. *Thr.* Hic ſunt tres minae.
Gn. Vix. *Par.* Ubi tu es, Dore? accede huc. hem Eunuchum tibi.
Quam liberali facie, quam aetate integra!
Th. Ita me di ament, honeſtus eſt. *Par.* Quid tu ais Gnatho?
Nunquid habes, quod contemnas? quid tu autem Thraſo?
Tacent: ſatis laudant. fac periclum [a] in literis,
Fac in palaeſtra, in muſicis: quae liberum
Scire aequom eſt adoleſcentem, ſolertem dabo.
Thr. Ego illum Eunuchum, ſi ſit opus [1], vel ſobrius.
Par. Atque haec qui miſit, non ſibi ſoli poſtulat
Te vivere, & ſua cauſa excludi caeteros:
Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas
Oſtentat: neque tibi obſtat: quod quidam facit.
Verum, ubi moleſtum non erit, ubi tu voles,

Ubi

VARIANTES LECTIONES

a periculum.

1 ſi opus ſiet.

Par. *Lo vedo, e mi fa nauſea. I noſtri doni,*
Quando li vuoi, ſon pronti. Tra. *A che ſi tarda?*
Perchè non cen' andiamo? Par. *Con tua pace*
Bramo di dar ciò, che ſi vuole, a queſta,
Trattar ſeco, e parlare. Tra. *I doni tuoi*
Saranno belli, ma non come i miei.
Par. *La coſa parlerà da ſe medeſima.*
Ovvia menate qui fuora coloro;
Ma fate preſto. Infin dall' Etiopia
Vien queſta. Tra. *Ella varrà circa a tre mine.*
Gn. *Nemmeno tanto.* Par. *Dorio dove ſei?*
Vien qua t' accoſta. Eccoti qui l' Eunuco:
Quanto vezzoſo in volto, e quanto giovane!
Tai. *Così m' amin gli Dei, come egli è vago.*
Par. *Che ne dì tu, Gnatone; hai da ridire*
Nulla ſovra coſtui? e tu Traſone?
Stan zitti; col tacer gli dan gran lode:
Ma ſe volete ancor d' eſſo far prova
Nelle lettere, ovvero nella muſica,
O pur nella Paleſtra; in ogni coſa,
Che ſaper debba un giovane ben nato,
Lo trovarete a maraviglia iſtrutto.
Tra. *Io a quell' Eunuco certo in un biſogno,*
Quantunque ſobrio io ſia....
Par. *E chi ti fa tai doni, non eſige*
Da te, che viva tu ſola a lui ſolo,
E che ogni altro da te ſcacci per lui;
Ne pugne ti racconta, e non ſi sbraccia
Per oſtentarti cicatrici, e tagli.
Ne ti reſiſte in nulla, come forſe
Ti fa taluno, e pago ſi dichiara,
Se quando non ti è grave, e che tu puoi,


E ch

Ubi tempus tibi erit, ſat habet, ſi tum recipitur.
Thr. Apparet ſervom hunc eſſe domini pauperis,
Miſerique. *Gn.* Nam hercle nemo poſſet, ſat ſcio,
Qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti.
Par. Tace tu, quem ego eſſe infra infimos omnis puto
Homines. nam, qui huic animum adſentari induxeris,
E flamma petere te cibum poſſe arbitror [1].
Thr. Jam ne imus? *Th.* Hos prius introducam, & quae volo,
Simul imperabo. poſt [2] continuo exeo.
Thr. Ego hinc abeo: tu iſtam opperire. *Par.* Haud convenit [3],
Una cum amica ire imperatorem in via.
Thr. Quid tibi ego multa dicam? domini ſimilis es.
Gn. Ha, ha, hae. *Thr.* Quid rides? *Gn.* Iſtud, quod dixti modo,
Et illud de Rhodio dictum cum in mentem venit [4].
Sed Thais exit. *Thr.* Abi, praecurre, ut ſint domi
Parata. *Gn.* Fiat. *Th.* Diligenter Pythias
Fac cures, ſi Chremes huc forte advenerit,
Ut ores, primum ut maneat: ſi id non commodum eſt,
Ut redeat: ſi id non poterit, ad me adducito.
Pyt. Ita faciam. *Th.* Quid? quid aliud volui dicere [5]?
Hem, curate iſtam diligenter virginem:
Domi adſitis, facite. *Thr.* Eamus. *Th.* Vos me ſequimini.

VARIANTES LECTIONES

1 te cibum petere poſſe arbitror. 2 poſtea. 3 Non convenit una ire cum amica. 4 dictum in mentem venit. 5 Quicquid aliud volui dicere.

E che vi è tempo, tu l' ammetta allora.
Tra. *Dal parlar di coſtui ſi vede bene,*
Che ſervo è d' un Padron miſero, e vile.
Gn. *Sicuro, che neſſun terria coſtui,*
S' ei poteſſe tener un da qual coſa.
Par. *Taci tu, che tra l' infima marmaglia*
Hai il primo luogo; e dal piaggiar coſtui,
Bene argomento, che per ſatollarti
Di mezzo al fuoco toglgiereſti il cibo.
Tra. *E non andiamo ancora?* Tai. *Aſpetta un poco,*
Che meni intanto queſto in caſa mia,
E 'l mio voler eſponga, e immantinente
Ritorno. Tra. *Io me ne vo' di qui partire;*
E tu l' aſpetta. Par. *Certo non ſta bene,*
Che un General d' Armata vada inſieme
Con una Meretrice. Tra. *Io già t' ho detto,*
Che ſei ſimile al tuo Padrone. Gn. *Ah.. ah..*
Tra. *Di che ridi?* Gn. *Di quel che hai detto adeſſo,*
E di ciò, che diceſti a quel Rodiotto,
Che in penſarvi mi fa morir di riſa.
Ma Taide eſce fuora. Tra. *Or ne va via:*
Paſſaci avanti, e fa che in caſa io trovi
All' ordine ogni coſa. Gn. *Abbil per fatto.*
Tai. *Pitia, il tutto rimetto alla tua cura.*
Se a caſo mai veniſſe qui Cremete,
Pregalo prima a tratterierſi un poco;
E ſe ha da fare, digli, che ritorni;
Se non potrà tornar, tu a me lo guida.
Pit. *Così farò.* Tai. *Eh ſenti... uſcito m' era*
Di mente quel, che ti voleva dire:
Ma pur l' ho ritrovato. Abbiate l' occhio
Sopra quella fanciulla: l' aſſiſtete;
Fate quanto biſogna. Tra. *Andiamo via.*
Tai. *Andiamo pure, e voi mi ſeguitate.*



Act. III. Scena III.

Chr. PRofecto quanto magis magiſque cogito,
Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum:
Ita me video [1] ab ea aſtute labefactarier.
Jam tum, cum primum juſſit me ad ſe accerſier,
(Roget quis, quid tibi cum illa [2]? ne noram quidem:)
Ubi veni, cauſſam, ut ibi manerem, repperit:
Ait rem divinam feciſſe [3], & rem ſeriam
Velle agere mecum. jam tum erat ſuſpicio,
Dolo malo haec fieri omnia. ipſa accumbere
Mecum, mihi ſeſe dare, ſermonem quaerere.
Ubi friget, huc evaſit; quam pridem pater

Mihi

VARIANTES LECTIONES.

1 Ita me ab ea aſtute video labefactarier. 2 ea. 3 feciſſe ſe.

Cremete, e Pitia.

Crem. *QUanto ci penſo più, più mi confermo,*
Che queſta Taide m' abbia a far gran male:
Così la triſta mi raggira, e imbrogliami.
Primieramente mandommi a chiamare:
Dirammi alcuno, e che hai da far tu ſeco?
Neppur la conoſceva, e giunto a lei,
Modo trovò da trattenermi, e diſſe,
Voler meco trattar coſe importanti,
E per queſto aver fatto i ſagrifizj:
E fin d' allora vennemi ſoſpetto,
Che in ciò foſſero inganni, e maccatelle.
Mi ſi mette vicina, e m' offeriſce
Se ſteſſa, e vanne in cerca di parole,
E quando vede andare il tutto a vuoto,
Ecco dov' ella venne a riuſcire;

Cioè

Mihi & mater mortui eſſent. dico, jam diu.
Rus Sunii ecquod habeam, & quam longe a mare.
Credo ei placere hoc: ſperat ſe a me evellere.
Poſtremo, ecqua inde parva periſſet ſoror;
Ecquis cum ea una; quid habuiſſet, cum [a] perit [1];
Ecquis eam poſſet noſcere? Haec cur quaeritet?
Niſi illa forte, quae olim periit parvola
Soror, hanc ſe intendit eſſe, ut [b] eſt audacia.
Verum ea, ſi vivit, annos nata eſt ſedecim,
Non major: Thais, ego quam ſum, majuſcula eſt.
Miſit porro orare, ut venirem, ſerio.
Aut dicat quid volt [c], aut moleſta ne ſiet.
Non hercle veniam tertio. heus. heus. *Pyt.* Hic quis eſt [d]?
Chr. Ego ſum Chremes. *Pyt.* O capitulum lepidiſſimum!
Chr. Dico ego mi [e] inſidias fieri? *Pyt.* Thais maxumo
Te orabat opere, ut cras redires. *Chr.* Rus eo.
Pyt. Fac, amabo. *Chr.* Non poſſum, inquam. *Pyt.* At [f] apud nos hic mane,
Dum redeat ipſa. *Chr.* Nihil minus. *Pyt.* Cur, mi Chremes?
Chr. Malam rem! abis hinc [g]? *Pyt.* Si iſtuc ita certum eſt tibi,
Amabo, ut illuc tranſeas, ubi illa eſt. *Chr.* Eo.
Pyt. Abi Dorias, cito hunc deduce [2] ad militem.

VARIANTES LECTIONES

a comperit. *b* uti. *c* quod volt. *d* ecquis hic eſt? *Concordat cum altero Codice.* *e* mihi.
f At tu. *Concordant Codices.* *g* Malam rem hinc ibis? *Prout etiam in altero Codice.*

1 cum periit. 2 deduc.

Cioè quanto tempo era, che moriro
E mio Padre, e mia Madre: io le riſpondo,
Eſſer tempo moltiſſimo: mi chiede,
Se ho in Sunio alcuna Villa, e quanto ſia
Dal mar diſcoſta: io credo, che le piaccia,
E che me la vorria carpir di mano.
E finalmente, in che giorno preciſo
Capitò mal la mia picciola ſuora;
E chi inſieme con lei; e quel che aveſſe
Il dì, ch' ella fu preſa, e chi potrebbe
Ravviſarla. Or perchè queſta domanda?
Se non ch' eſſa vorrebbeſi in quel cambio
Spacciar per mia Sorella; oh quanto è ardita!
La qual ſe vive, avrà da ſedici anni,
E non più certo; e Taide è maggiore
Di me qualch' anno. Adeſſo nuovamente
M' ha mandato a chiamar per grave coſa.
O preſto ella mi dica ciò, che vuole;
O non mi rompa in avvenir più il capo:
Sebben la terza volta non ci torno.
Olà di caſa. Pit. *E chi è colui, che buſſa?*
Crem. *Son Cremete.* Pit. *Dolciſſimo Cremete.*
Crem. *Qui mi ſi fanno inſidie.* Pit. *La mia Taide*
Ti ſupplicava, quanto mai poteva,
A voler ritornar domani a lei.
Cre. *Voglio andare in campagna.* Pit. *Eh via compiacila.*
Crem. *Ti ho detto, che io non poſſo.* Pit. *Almen ti ferma*
Qui in caſa fino a tanto, che non torni.
Crem. *Meno che meno.* Pit. *E perchè ciò Cremete?*
Crem. *Vattene alla malora.* Pit. *Giacchè vuoi*
Partire, almanco paſſa di là, dove
Ella trattienſi. Crem. *O queſto sì farollo.*
Pit. *Vanne Doria con lui, e l' accompagna*
Prontamente alla caſa del Soldato.

Ter. Eun. Fig. IX.



Act. III. Scena IV.

* *Ant.* HEri aliquot adoleſcentuli coiimus in Piraeo,
In hunc diem ut de ſymbolis eſſemus. Chaeream ei rei
Praefecimus: dati annuli: locus, tempus conſtitutum eſt.
Praeteriit tempus: quo in loco dictum eſt [1], parati nihil eſt.
Homo ipſe nuſquam eſt: neque ſcio, quid dicam aut quid conjectem.
Nunc mihi hoc negoti [2] caeteri dedere, ut illum quaeram.

Idque

VARIANTES LECTIONES

1 quo in loco dictum, parati &c. 2 negotii.

Antifone ſolo.

Ant. *JEri ci radunammo nel Pireo*
Parecchi giovanetti, e ſtabiliſſi
Il giorno d' oggi per fare una cena,
Di cui ſemmo Cherea ſopraintendente.
Già fur dati gli anelli, e ſcielto il luogo,
Prefiſſo il tempo. Or queſto è già paſſato,
E nel luogo fermato non vi è nulla
D' apparecchio, e coſtui non ſi ritrova.
Han dato a me la briga di cercarlo:

Quindi

NOTAE

* Innui ſuperius pag. 102. incongruam omninò eſſe Actuum diviſionem in Eunucho, quae pleriſque fit in editionibus, & praeſertim in *noſtra* Heinſiana; nonnullaſque ſatis validas, ni fallor, rationes attuli, quibus evincitur, concludi Actum *minime* poſſe niſi poſt Pythiae, Chremetiſque diſceſſum è theatro, quod Actoribus vacuum tunc fieri videtur. Adde breve admodum temporis ſpatium Chaerae concedi ad ea peragenda, quae poſtquam in Thaidis domum fuerat inductus, egiſſe ſe, & perpetraſſe narrat. Quì enim tam brevi tempore ornari Pamphila, in Balneis lavari, in lecto conlocari, vitiarique per ſomnum, & quidem imprudens, ac per dolum a Chaerea poterat, quamvis effronti, & prae amore aeſtuanti? Quare ut commode peragi haec ab eo poſſent, Modulationes, Joci, & his ſimilia fuerant interea temporis in theatrum inducenda. Sed quum abſurda eadem ſequentibus quoque in Comoediis occurrant, taedeatque res eaſdem ſaepius repetere; fas ſit, Joannis Theodorici Bellovaci ſententiam uſurpare „ Eſt in Comoedia, inquit, Actus pars quodammodò „ abſoluta, & integra, nondum tamen rem omnem finiens, ſed „ ita dimidiatam relinquens, ut reſpirent ſpectatores, & facilius „ commutetur, quidquid in reliquis Comoediae partibus ſuper„ eſt. Id autem Actus commutare dicebant. Interea Mimi di„ cteria, & diverbia referebant, recitabanturque neſcio quae Jo„ cularia, quae populum nova oblectatione afficerent.

Gradum nunc facio ad Chaereae perſonam conſiderandam, quae

Idque adeo viſam [1], ſi domi eſt. quiſnam [a] hinc a Theide exit?
Is eſt, an non eſt? ipſus eſt. quid hoc hominis [2]? qui hic ornatus eſt?
Quid illud mali eſt? nequeo ſatis mirari, neque conjicere.
Niſi quidquid eſt, procul hinc libet priu', quid ſit, ſciſcitari.

VARIANTES LECTIONES

a quidnam.
1 Ibo ad eum, viſam ſi domi eſt. Sed Quiſnam hinc &c.
2 hominis eſt? quid hic ornatus eſt?

Quindi vedrò, ſe egli mai foſſe in caſa.
Ma chi è queſti, ch' or' eſce dalla Taide?
Egli è deſſo, o non deſſo? è deſſo al certo.
Ma che figura mai? Che veſte è quella?
Che male ha fatto? Affè baſtantemente
Non ſo maravigliarmi, e ciò che ſia,
Non comprendo; perciò dalla lontana
Voglio ſpiare quello, che ſi ſia,
Prima, che a lui lo chiegga a dirittura.

NOTAE

quae hac in Tabula exhibetur. Inter rei antiquariae peritos convenit, Comoedo cuique peculiarem fuiſſe ornatum. In Fragmento de Comoedia, & Tragaedia inter Prolegomena ad Terentium, quae Donato tribuuntur, Senibus, Laetoque candidus Veſtitus; Adoleſcentibus diſcolor; Aerumnoſo obſoletus; purpureus Diviti; Pauperi phoenicius; Meretrici ob avaritiam luteus; Servo breve pallium; Puellae habitus peregrinus datur: Lenones pallio verſicolore; Paraſiti cum Palliis intortis; Milites purpurea cum Chlamyde inducuntur. At non placent haec Ferrario, qui in eruditiſſimo *De re veſtiaria* Opere Par. II. Lib. IV. „ Illa Pro-
„ legomena, inquit, ut non unius Scriptoris eſſe apparet, ſed
„ ex variis auctoribus ad inſtar centonis conſarcinata; ita quae-
„ dam bona habent, quaedam ſecus &c. Item quae de Perſona-
„ rum comicarum amictu, quam ſunt ſuſpectae fidei! Cur enim
„ Senes tantum in candido veſtitu, cum is promiſcuus habitus
„ eſſet? Cur purpureus color diviti; pauperi phoenicius, quaſi
„ non & hic magno pretio ſtaret? Quis puellarum habitus pe-
„ regrinus? Cur Leno pallio verſicolore inducitur; Meretrici
„ ob avaritiam pallium luteum datur, cum in togatis Comoe-
„ diis communi Scortorum habitu, ideſt togatae eſſent? Quid au-
„ tem luteus color ad avaritiam? Haec ſunt poſterioris aevi
„ Grammaticorum inſomnia. „

Haec licet ego audacter aliquantulum prolata putem; ſatis tamen validas rationes non habeo, ut improbem; ſed neque ex integro laudare poſſum. Sive enim Donatus, ſive Svetonius laudatorum auctor ſit Prolegomenon, ſive Grammaticus aliquis ea ex centonibus conſarcinaverit; attamen talem praeſeferunt antiquitatem, ut prorſus deſpici nequeant. Quum autem Athenis, a graeciſque comoedis terentianas fabulas referri fingatur, quas tamen togatas eſſe, nemo ullus inficiabitur, toga enim graecis, latiniſque communis fuit; non levis eſt conjectura, Actores graecorum more fuiſſe perſonatos, peculiaremque ſingulis veſtem aſſignatam. Indicio eſt veſtis illa Eunuchi, quam Chaerea aſſumpſerat, ut aditum ſibi in Thaidis domum patefaceret; ſtriata ſcilicet, ſeu potius trabeis, virgiſque diſtincta, quod hac apparet in Tabula. Differt ſiquidem a virgata Gallorum Sagula, quae Romae quoque uſui fuit; nam pluribus haec virgis in longum, latumque poſitis, ſive tranſverſim, decuſſatimque ductis diſtinguebatur juxta Ferrarium *in Analectis de Re veſtiaria cap. XXX.* Veſtis autem Eunuchi virgas habet in longum contextas. Sunt praeterea Caligae ex eodem panno, quem quidem ornatum a Romanis adhibitum nemo dixerit; ſed cum caligis barbarorum Regum, & captivorum, quorum Statuae quamplurimae Romae in Hortis Mediceis, ac Burgheſianis in Pincio, atque in Atrio Aedium Capitolinarum viſuntur, maximè conveniunt. Capitis quoque tegumentum illud barbarum omninò apparet, nec Romanis convenire poteſt. Ne itaque incerta pro certis, Antiquariorum nonnullorum more, obtrudam; ſi certi quidquam de Comicorum veſtibus ex antiquis Scriptoribus datum erit eruere, paucis expediam, ut pictae in Vaticano Codice Perſonae facilius explicentur.

Conſtans, firmumque apud antiquitatum romanarum peritos eſt, Togas albas feſtis diebus, tamquam laetitiae ſignum in uſu fuiſſe, & qui ſic incedebant, *Albati* dicebantur, quod innuere videtur Horatius:

Ille repotia, natales, alioſque dierum
Feſtos albatus celebret.

Facile itaque Adoleſcentibus albas tribuerim veſtes, quippe qui pro aetate ſua hilares plerumque, laetique eſſe ſoleant; quod etiam nos monet vetus Perſii interpres his verbis: *Recitaturus ornatus, & feſtivus incedebat, Albus, aut feſtiva veſte indutus.*

Matronae Stola, Pallaque utebantur purpurea, quae ad talos uſque protendebatur juxta eumdem Horatium Sat. Lib. I. 2.

Ad talos Stola demiſſa, & circumduta Palla.

Idque confirmat Martialis Lib. X. ep. V. *Quiſquis Stolaeve, purpuraeve contemptor.* Praeterea Vitta crines perſtringebant, teſte Tibullo Eleg. VI.

Quamvis non Vitta ligatos
Impediat crines, nec Stola longa pedes.

Atque hinc conjicitur ornamenta hujuſmodi interdicta Meretricibus fuiſſe, quibus ceteroqui Toga concedebatur. Tunicas quoque hae geſtabant: quas tamen altius cum ſuccingerent, crura, pedeſque aureis vel argenteis circulis cultos oſtentabant, quod turpis licentiae, effraeniſque libidinis veſtigium eſſe ſolet. Matronae enim, Virgineſque ita totum corpus, brachia, crura, pedeſque tectos habebant, ut ſola facies videri poſſet.

Ancillas quoque Toga uſas eſſe, unde togatae dicerentur, auctor nobis eſt laudatus Ferrarius Lib. III. cap. 23. Breviorem tamen Ancillarum togam, atque etiam tunicas fuiſſe oportet, ut expeditiores ad ſervilia opera redderentur.

Pallium Servis breve dabatur, quod *Palliolum* Plautus vocat. Quandoque ab uno tantum pendebat humero, quandoque ab utroque: non raro etiam circa renes cingebatur, aut conjiciebatur in collum eodem Plauto teſte *in Capitiv.*

Num certa res eſt, eodem pacto ut Comici
Servi ſolent, conjiciam in collum pallium.

Et in Epidic. *Age, nunc orna te, Epidice, & palliolum in collum conjice.* Cetera inferius proſequar.

Chae. Num

Ter. Eun.

Fig. X.



Actus III. Scena V.

Chae. NUm [a] quis hic eſt? nemo eſt. num [b] quis hinc me ſequitur? nemo homo eſt.
Jamne erumpere licet mihi gaudium [c]? proh Jupiter,
Nunc tempu' profecto eſt [1], cum perpeti me poſſum interfici:
Ne hoc gaudium contaminet vita aegritudine aliqua.
Sed neminemne curioſum intervenire nunc mihi,
Qui me ſequatur, quoquo [2] eam rogitando obtundat, enicet,
Quid geſtiam, aut quid laetus ſim, quo pergam, unde emergam, ubi ſiem
Veſtitum hunc nactus, quid mihi quaeram, ſanus ſim an ne inſaniam?

Ant. Adi-

VARIANTES LECTIONES

a Nunc. *b* nunc. *c* hoc licet mihi gaudium?

1 Hunc eſt profecto interfici, cum perpeti me poſſum. 2 quoque eam.

Cherea, e Antifone.

Ch. *EVvi alcun qui d' appreſſo? non v' è alcuno.*
Evvi alcun, che mi ſeguiti? neſſuno.
Or dunque potrò io liberamente
Tutta sfogar l' interna mia allegrezza.
O Giove adeſſo è il tempo certamente,
Che ſoffro in pace, ſe mi fai morire,
Acciocchè a lungo andare alcuno affanno
Non contamini queſto mio piacere.
Ma vorrei pure abbattermi in taluno,
Che curioſo mi veniſſe appreſſo,
E mi ammazzaſſe con cento domande.
Dove io vada? donde eſca? e che pretenda?
Perchè tanta allegrezza, e tanto brio?
Da chi preſo abbia queſto veſtimento?
Se ſto in cervello? o ſe ſono impazzito?

Ant. *An-*

Ant. Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo.
Chaerea, quid eſt quod ſic geſtis? quid [1] ſibi hic veſtitus quaerit?
Quid eſt, quod laetus ſis? quid tibi vis? ſatis ne ſanus? quid me
Adſpectas? quid taces? *Chae.* O feſtus dies hominis! amice,
Salve: nemo eſt omnium, quem ego magi' [a] nunc cuperem quam te.
Ant. Narra iſtuc, quaeſo, quid ſiet. *Chae.* Imo ego te obſecro hercle, ut audias.
Noſtin' hanc, quam frater amat [b]? *Ant.* Novi. nempe opinor Thaidem.
Chae. Iſtam ipſam. *Ant.* Sic commemineram [c]. *Chae.* Quaedam hodie eſt [2] ei dono data
Virgo. quid ego ejus tibi nunc faciem praedicem, aut laudem, Antipho,
Cum ipſum me noris, quam elegans formarum ſpectator ſiem?
In hac commotus ſum. *Ant.* Ain' tu? *Chae.* Primam dices, ſcio, ſi videris.
Quid multa verba? amare coepi. forte fortuna domi [3]
Quidam erat Eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi:
Neque is deductus etiam tum ad eam. ſummonuit me Parmeno
Ibi ſervus, quod ego arripui. *Ant.* Quid id eſt? *Chae.* Tace ſis [4]; citius audies:
Ut veſtem cum illo mutem, & pro illo jubeam me illuc [d] ducier [5].
Ant. Pro Eunuchon'? *Chae.* Sic eſt. *Ant.* Quid tandem [e] ex ea re ut caperes commodi?
Chae. Rogas? viderem, audirem, eſſem una, qua cum cupiebam, Antipho.
Num parva cauſa, aut parva ratio eſt? traditus ſum mulieri.
Illa illico ubi me accepit, laeta vero, ad ſe abducit domum,

Commen-

VARIANTES LECTIONES

a quem ego nunc magis cuperem videre, quam te. *b* quam amat frater? *Concordat cum altero Codice.*
c commineram. *d* me ducier. *e* Quid ex ea re tandem. *Et in hoc conveniunt Codices.*

1 aut quid. 2 Hodie quaedam eſt. 3 domi erat quidam Eunuchus. 4 Tacitus citius audies. 5 deducier.

Ant. *Andronne a lui, e quel piacer, che ci cerca,*
Farogli. O mio Cherea, perchè sì lieto?
Perchè tal veſte? e a che tanta allegrezza?
Che pretendi? hai tu ſenno? ed a qual fine
Mi guardi, e taci? Ch. *Oh che proſpero giorno*
E' mai queſto per me! Diletto amico,
Io ti ſaluto, e più di ciaſcun' altro
Io te bramava. Ant. *Ovvia narrami il fatto.*
Ch. *Anzi, per dio, ti prego, ad aſcoltarlo.*
Conoſci tu coſtei, la quale è amata
Da mio fratello? Ant. *Sì, voi dir la Taide.*
Ch. *Coteſta ſteſſa. Ora a coſtei fu data*
In dono una fanciulla, e che fanciulla!
Ma non occorre già, che il ſuo bel volto
Io ti lodi, Antifone, che ben ſai,
Quanto intendente io ſia della bellezza.
La viddi appena, che di lei mi acceſi.
Ant. *Dici il vero?* Ch. *Se mai tu la vedrai,*
Dirai che ella in beltà vince ogni donna.
Ma che più parlo? incominciai ad amarla.
Era per avventura in caſa noſtra
Un certo Eunuco, il quale fu comprato
Da mio fratel per regalarlo a Taide,
Ne a lei condotto egli era ſtato ancora;
Parmenon noſtro ſervo un bel ripiego
M' inſegnò, che mi piacque, e 'l miſi in opra.
Ant. *E che ripiego?* Ch. *Taci, or l' udirai.*
Che io mutaſſi veſtito con quell' altro,
E comandaſſi a lui, che me in ſua vece
Menaſſe a lei. Ant. *Dell' Eunuco in vece?*
Ch. *Così è.* Ant. *Ma qual ſorta di vantaggio*
Tu ſperavi da ciò? Ch. *Me ne domandi?*
Di vedere, Antifone, e d' udir quella,
E mangiar ſeco, che tanto bramava;
E queſto ti par poco? Ora donato
A quella Meretrice, ella a me diede,

Quando

Commendat virginem. *Ant.* Cui? tibi ne? *Chae.* Mihi. *Ant.* Satis tuto tamen.
Chae. Edicit, ne vir quiſquam ad eam adeat, & mihi, ne abſcedam, imperat.
In interiore parte ut maneam ſolus cum ſola. annuo,
Terram intuens modeſte. *Ant.* Miſer! *Chae.* Ego, inquit, ad coenam hinc eo:
Abducit ſecum ancillas: paucae, quae circum illam eſſent, manent
Novitiae puellae [a]. continuo haec [1] adornant, ut lavet.
Adhortor, properent. dum apparatur, virgo in conclavi ſedet,
Suſpectans tabulam quandam pictam, ubi [b] inerat pictura haec; Jovem
Quo pacto Danae miſiſſe ajunt quondam in gremium imbrem aureum.
Egomet quoque id ſpectare coepi. & quia conſimilem luſerat
Jam olim ille ludum, impendio magis animu' [c] gaudebat mihi,
Deum ſeſe in hominem convertiſſe, atque per alienas tegulas
Veniſſe clanculum per impluvium; fucum factum mulieri.
At quem Deum? qui templa coeli ſumma ſonitu concutit.
Ego homuncio hoc non facerem? ego vero illud feci [d], ac lubens.
Haec dum mecum [e] reputo, accerſitur lavatum interea virgo.
It, lavit, redit: deinde illam in lecto [2] illae conlocarunt [f].
Sto expectans, ſi quid mihi imperent. venit una: heus tu, inquit, Dore;

Cape

VARIANTES LECTIONES

a Noviciae, & puellae. b ibi. *Prout etiam in altero Codice.* c magis animus. d illud vero ita feci: *Concordant Codices.* e Dum haec mecum. *Prout etiam in altero Codice.* f in lectulo conlocarunt.

1 hae. 2 deinde eam in lectum illae conlocarunt.

Quando fui in caſa, in guardia la fanciulla.
Ant. *A chi la diede? a te?* Ch. *A me.*
Ant. *Per certo,*
Che diè in cuſtodia la lattuga a' paperi.
Ch. *E mi comanda, che a lei non s' accoſti*
Uomo veruno, e che io da lei non parta;
E dentro il più ripoſto della caſa
Vuol, che ſoli ci ſtiamo. Io baſſo gli occhi,
E con modeſto cenno l' ubbidiſco.
Ant. *Che diſgrazia!* Ch. *A cenar vò fuor di caſa,*
Ella ripiglia; e ſeco van le fanti.
Reſtan con noi alcune giovanette
Per ſeco ſtarſi venute di freſco.
Queſte ſubito danſi ad ammannire
Il bagno per lavarla, ed io l' eſorto
A diſbrigarſi. Or mentre ſi prepara
Il Bagno; la donzella in la ſua camera
Stava guardando un quadro aſſai ben fatto,
In cui era dipinto il ſommo Giove,
Quando diſceſe in bella pioggia d' oro
Di Danae in ſeno. A me pur venne voglia
Di guardar tal pittura: e perchè quegli
S' era pur traſtullato in tal maniera
Al tempo antico; mi s' accrebbe ardire,
E ne preſi incredibile contento:
E ripenſando, come egli mutato
Ne' ſentimenti d' uomo era venuto
Su i tetti altrui, e quindi di naſcoſo
Era calato di mezzo la corte,
Per fare inganno alla ſua innamorata;
E poi qual Dio! quel Dio, che fa tremare
Col ſuon della ſua voce i divin Templi;
Diſſi tra me, perchè nol farò io,
Che ſono un uom da nulla? E ben lo feci;
E con che guſto! Or' odi.
Mentre dunque io ſto fiſo in queſte coſe,
E' chiamata a lavarſi la fanciulla:
Va, ſi lava, ritorna, è poſta a letto;
Io aſpetto, ſe da me vogliono nulla.
Viene una fante, e, o tu Doro, mi dice,

Prendi

Cape hoc flabellum, ventulum [1] huic ſic facito, dum lavamus:
Ubi nos laverimus, ſi voles, lavato. Accipio triſtis.
Ant. Tum equidem iſtuc os tuum impudens videre nimium vellem,
Qui eſſet ſtatus, flabellulum [2] tenere te aſinum tantum.
Chae. Vix eloquuta eſt hoc, foras ſimul omnes proruunt ſe:
Abeunt lavatum, perſtrepunt, ita ut fit, domini ubi abſunt.
Interea ſomnus virginem opprimit. ego limis ſpecto
Sic per flabellum clanculum, & ſimul alia circumſpecto,
Satin' explorata ſint. video eſſe: peſſulum oſtio obdo.
Ant. Quid tum? *Chae.* Quid? quid tum, fatue? *Ant.* Fateor. *Chae.* Egon' [a] occaſionem
Mihi oſtentatam, tam brevem, tam optatam, tam inſperatam,
Amitterem? tum pol ego is eſſem vere [b], qui ſimulabar [3].
Ant. Sane, hercle, ut dicis: ſed interim de ſymbolis quid actum eſt?
Chae. Paratum eſt. *Ant.* Frugi es: ubi? domin'? *Chae.* Immo apud libertum Diſcum.
Ant. Perlonge eſt. *Chae.* Sed tanto ocyus properemus. *Ant.* Muta veſtem.
Chae. Ubi mutem? perii: nam domo exulo nunc. metuo fratrem,
Ne intus ſit: porro autem pater ne rure redierit jam.
Ant. Eamus ad me: ibi proxumum [c] eſt, ubi mutes. *Chae.* Recte dicis;
Eamus: & de iſtac ſimul, quo pacto porro poſſim
Potiri, conſilium volo capere una tecum. *Ant.* Fiat.

VARIANTES LECTIONES

a An ego. *b* vero. *c* proxumus.
1 & ventulum. 2 flabellum. 3 adſimulabar.

Prendi queſto ventaglio, e falle un grato,
E dolce ventolin, come ſo io,
Mentre noi ci laviamo: e ſe tu dopo
Di noi vorrai lavarti, e tu ti lava.
Io lo prendo ſvogliato, e meſto in viſo.
Ant. *Quanto averei pagato di vedere*
Quel tuo viſaccio in quella congiuntura:
E maneggiar da un Aſino par tuo
Una roſta sì lieve! Ch. *Appena ella ebbe*
Detto così, che tutte quante inſieme
Corrono al Bagno, e fanno gran ſchiamazzo,
Come addivien, quando i Padron' ſon fuora.
La vergine in quel mentre ſi addormenta.
Mi cuopro col ventaglio; indi ſottocchi
La guardo di naſcoſo, e guardo intorno,
E vedendo ogni coſa eſſer ſicura,
A chiaviſtello ſerro l'uſcio. Ant. *E poi?*
Che avvenne? Ch. *Quel che avvenne? oh ſei*
ben ſciocco.
Ant. *Lo confeſſo.* Ch. *Averci dunque perduto*
Sì bella, e così breve congiuntura
Bramata tanto, e quaſi diſperata?
Allora sì che avrei fatto davvero
Il finto perſonaggio. Ant. *Certamente*
Egli è, come tu dici: ma frattanto,
Che ſi è fatto de' noſtri contraſſegni?
Ch. *Egli è in pronto ogni coſa.* Ant. *Veramente*
Tu ſei un uom di garbo; ed in che luogo?
In caſa forſe? Ch. *No: anzi da Diſco*
Noſtro Liberto. Ant. *Egli è troppo lontano.*
Ch. *Però quel più sbrighiamoci ad andarvi.*
Ant. *Muta dunque le veſti.* Ch. *Certamente*
Non poſſo entrare in caſa, che ho timore,
Che mio fratel vi ſia, o che di Villa
Sia ritornato il padre. Ant. *Andiamo dunque*
Alla mia caſa, e lì ti muterai.
Ch. *Andiam che tu dì bene: e lì con agio*
Diviſeremo il modo, come io poſſa
Seguire a traſtullarmi con colei.
Ant. *Andiamo, e ſi farà quel, che tu vuoi.*

Ter. Eun. Fig. XI.

DORIAS ANCILLA



Act. IV. Scena I.

Dor. ITa me dii bene ament, quantum ego illum vidi, non nihil timeo
Miſera, ne quam ille hodie inſanu' turbam faciat, aut vim Thaidi.
Nam poſtquam iſte advenit Chremes adoleſcens frater virginis,
Militem rogat, illum admitti [1] ut jubeat [a]. ille continuo iraſci, neque
Negare audere. Thais porro inſtare, ut hominem invitet. id
Faciebat retinendi illius cauſſa: quia, illa quae cupiebat
De ſorore ejus indicare, ad eam rem tempus non erat.
Invitat triſtis. manſit ibi. illa cum illo ſermonem [b] occipit.
Miles vero ſibi putare adductum ante oculos aemulum: Voluit

VARIANTES LECTIONES

a ut illum admitti jubeat. *b* ſermonem illico.
1 ut eum admitti jubeat.

Doria.

Dor. *COsì m' amin gli Dei, come ho timore,*
Per qnanto lui conobbi, che un gran male
Non faccia oggi quel pazzo, e che non uſi
Qualche villana forza alla mia Taide.
Poichè dal punto ſteſſo, che comparve
Il giovane Cremete, ch' è il fratello
Della vergine, e che la mia padrona
Lo prega ad invitarlo alla ſua cena;
Subito arricciò il naſo; ma non ebbe
Ardir di ciò negarle. Ella di nuovo
Inſiſte, che l' inviti a ſolo fine
Di ritenerlo: che non era tempo
Da narrare al Soldato, come egli era
Germano della vergin. Con mal viſo
L' invita; ei vi rimaſe, e ſeco Taide
Attacca il ragionare. Ora il Soldato
Credendo, che per fare a lui diſpetto
Su gli occhi ſuoi aveſſe ella condotto
Quel giovane rivale, egli al contrario, Per

Voluit facere contra huic aegre: heus heus, inquit, puer, huc Pamphilam
Accerſe, ut delectet hic nos. illa exclamat, minime gentium;
Tun' in convivium illam? miles tendere inde ad jurgium.
Interea aurum ſibi clam mulier demit, dat mihi ut auferam.
Hoc eſt ſigni: ubi primum poterit, ſeſe illinc ſubducet, ſcio.

Per martellarla, olà grida, ſi chiami
A cena a rallegrar la compagnia
Pamfila noſtra. Ei non ſarà giammai,
Ripreſe quella: a cena una fanciulla?
Egli a volerla: e quindi incominciaro
A dirſi molto mal l' uno coll' altra.

In quel mentre mi chiama ella in diſparte,
Tutti ſi leva gli ornamenti d' oro,
E a me gli dà, perchè io gli porti a caſa:
Indizio certo, che come ella poſſa,
Si partirà di ſubito da lui.



Dom. Miſſrotti ſculp

 Ph. Dum

Ter. Eun. Fig. XII

PHÆDRIA
ADULESCENS



Act. IV Scena II.

Ph. DUm rus eo, coepi egomet mecum inter vias,
Ita ut fit, ubi quid in animo eſt moleſtiae,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Pejorem partem. quid opu' eſt verbis? dum haec reputo,
Praeterii imprudens villam. longe jam abieram,
Cum ſenſi. redeo ſurſum [a], male vero me habens.
Ubi ad ipſum veni divorticulum, conſtiti:
Occoepi mecum cogitare; hem, biduum hic
Manendum eſt ſoli ſine illa? quid tum poſtea?
Nihil eſt. quid [b]? nihil? ſi non tangendi copia eſt,

Eho,

VARIANTES LECTIONES

a rurſum. *Concordant Codices.* *b* quid nihil? *Sic etiam in altero Codice.*

Fedria.

Fed. N*Ell' andarmene in Villa per la via,*
Siccome avvien, quando uno ha il core afflitto,
Penſai a varie coſe, e tutte quante
Le preſi in mala parte. Finalmente,
Per non far gran parole ad eſſe intento,
Paſſai, ſenza avvedermene, la Villa.
M' era già molto tratto dilungato,
Quando che me n' accorſi; torno indietro
Tutto ſoſſopra per amore, e appena
Giunto a un vicolo, che conduce in Villa,
Che all' imboccare di eſſo io mi ſoffermo,
E comincio a penſar; dunque due giorni
Io ſolo mi ſtarò ſenza colei?
Ma poi, che ſarà mai? Nulla per certo.
E come nulla? Io non potrò toccarla;


Dunque

Eho, ne videndi quidem erit? ſi illud non licet,
Saltem hoc licebit certe. extrema linea
Amare; haud nihil eſt. villam praetereo ſciens.
Sed quid hoc [1], quod timida ſubito egreditur Pythias?

VARIANTES LECTIONES

1 Sed quid hoc eſt, quod &c.

Dunque nemmen vederla? Or ſe io non poſſo
Goder di quello, almen godrò di queſto,
Che pure è qualche coſa ad un amante.
Così paſſo la Villa a bello ſtudio....
Ma che coſa è, che timida vegg' io
Uſcir Pitia di caſa, e frettoloſa?



Dom. Miſerotti ſculp

Ter. Eun. *Fig. XII*

PYTHIAS PHAEDRIA DORIAS



Act. IV. Scena III.

Pyt. UBi illum ego [a] ſcelerofum miſera atque impium inveniam ? aut ubi
Quaeram ? hoccine tam audax facinus facere eſſe auſum ? *Ph.* Perii !
hoc quid ſit vereor.

Pyt. Quin inſuper etiam ſcelu' [b], poſtquam ludificatu' eſt virginem,
Veſtem omnem miſerae diſcidit, tum ipſam capillo conſcidit.

Ph. Hem. *Pyt.* Qui nunc ſi detur mihi,
Ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico !

Ph. Profecto neſcio quid abſente nobis [1] turbatum eſt domi.
Adibo. Quid iſtuc ? quid feſtinas? aut quem quaeris Pythias ?

Pyt. Hem, Phaedria, egon' quem quaeram? abi hinc, quo dignu' es cum donis tuis

Tam

VARIANTES LECTIONES

a Ubi ego illum. *Concordant Codices.* *b* Quin etiam inſuper ſcelus. *Concordant Codices.*
1 Neſcio quid profecto abſente nobis.

Pitia, Fedria, e Doria.

Pit. *DOv' è, miſera me, quel ribaldaccio?*
Quell' uomo iniquo? o dove cercherollo?
Ed è poſſibil mai, ch' egli abbia fatta
Sì gran furfanteria? Fed. *Affè ſon morto,*
Ne ſo di che temere. Pit. *Anzi l' indegno*
Non contento d' aver guaſta la vergine,
Che le ha rotta la veſte, e pe' capelli
L' ha ſtraſcinata. Fed. *Ohimè, coſtei che dice!*

Pit. *Così mi capitaſſe egli davanti;*
Come io vorrei a quello ſtregonaccio
Cacciar gli occhi coll' ugne. Fed. *In noſtra aſ-*
ſenza
Non ſo qual nato ſia diſturbo in caſa:
Andronne a lei. E che c' è egli, o Pitia,
Perchè sì frettoloſa, e chi ricerchi?
Pit. O *Fedria, chi ricerco? alla malora*
Vanne tu co' tuoi doni così cari,

Che

Tam lepidis. *Ph.* Quid iſtuc eſt rei?

Pyt. Rogas me? Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit!
Vitiavit virginem, quam herae dederat dono miles [a]. *Ph.* Quid ais?

Pyt. Perii. *Ph.* Temulenta es. *Pyt.* Utinam ſic ſient, mihi qui [b] male volunt.

Dor. Au! obſecro mea Pythias, quid iſtucnam monſtri fuit?

Ph. Inſanis: qui iſtuc facere Eunuchus potuit? *Pyt.* Ego illum neſcio
Qui fuerit: hoc, quod fecit, res ipſa indicat.
Virgo ipſa lacrumat, neque, cum rogites, quid ſit, audet dicere.
Ille autem bonus vir nuſquam apparet. etiam hoc miſera ſuſpicor,
Aliquid domo abeuntem abſtuliſſe. *Ph.* Nequeo mirari ſatis,
Quo abire ignavus ille poſſit longius, niſi domum [c]
Forte ad nos rediit. *Pyt.* Viſe amabo, num ſit. *Ph.* Jam ſaxo ſcies.


Dor. Perii, obſecro. tam infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem.

Pyt. At pol ego amatores mulierum eſſe audieram eos maxumos,
Sed nihil poteſſe [d]: verum miſerae non in mentem venerat:
Nam illum aliquo concluſſem [e], neque illi commiſiſſem virginem.

VARIANTES LECTIONES

a Virginem quam herae dono dederat miles, vitiavit. *Concordat cum altero Codice.*
b qui mihi. *c* Quo ille abire ignavus poſſit longius, niſi ſi domum. *Concordant Codices.*
d poſſe. *e* concluſiſſem. *Concordant Codices.*

Che ben n' hai tutto il merto. Fed. *E che è*
mai queſto?
Pit. *Che coſa egli è? Quel maledetto Eunuco,*
Che ci deſti, ci ha meſſo ſottoſopra.
La fanciulla, che diè jeri il Soldato
Alla noſtra Padrona, fu da lui
Oppreſſa a forza. Fed. *E che mi dì tu mai?*
Pit. *Sono ſpacciata.* Fed. *Anzi ubriaca.* Pit. *Tutti,*
Che mi vogliono mal, ſtieno, come io.
Dor. *Ah ti prego, mia Pitia; è moſtruoſo*
Quanto tu narri. Fed. *Al certo, che ſei pazza.*
Gli Eunuchi non fanno queſte coſe.
Pit. *Chi ſi foſſe nol ſo; ma quel, che ei fece*
L' opera lo dimoſtra. Lagrimoſa
Staſſi la giovanetta, e ſe è richieſta
Del fatto, non ardiſce di parlare.
E quel buon' uomo non ſi è mai più viſto:
E voglia il Ciel, che nello ſcappar via
Di più non ci abbia rubbato qual coſa.
Fed. *Ma di ragion non puote eſſer lontano*
Queſto vigliacco, e fatto avrà ritorno
Senz' altro a caſa mia. Pit. *Vedi un pò bene,*
Se vi foſſe tornato. Fed. *Volentieri;*
E n' averai prontiſſimo riſcontro.
Dor. *Son morta, Pitia mia: può darſi mai*
Sì fatta ſceleraggine! Per certo
Io non l' avea neppur finora udita.
Pit. *Io ben ſapea, come è queſta genìa*
Innamorata morta delle donne;
Ma che nulla poteſſe: E non mi venne
Mai queſto in mente; che l' avria ſerrato
In qualche luogo; ne gli avria fidata
La giovane.



Act. IV. Scena IV.

Ph. EXi foras ſceleſte : at etiam reſtitas[1]
Fugitive ? prodi, male conciliate. *Dorus*. Obſecro. *Ph.* Oh,
Illud, vide, os ut ſibi diſtorſit carnufex.
Quid huc reditio[a] eſt ? quid veſtis mutatio eſt ?
Quid narras ? paullum ſi ceſſaſſem, Pythia,
Domi non offendiſſem : ita jam ornabat[2] fugam.
Pyt. Habes ne hominem, amabo ? *Ph.* Quid ni[b] ? *Pyt.* O factum bene !
Dor. Iſtuc pol vero bene. *Pyt.* Ubi eſt ? *Ph.* Rogitas ? non vides ?
Pyt. Videam obſecro, quem ? *Ph.* Hunc ſcilicet. *Pyt.* Quis hic eſt homo ?
Ph. Qui ad vos deductus hodie eſt. *Pyt.* Hunc oculis ſuis

Noſtra-

VARIANTES LECTIONES

a reditio tibi eſt ? *b* Quid ni habeam ? *Concordant Codices*.

1 At etiam reſtitas ? Fugitive, prodi, male conciliate. 2 adornarat.

Fedria, Doro, Pitia, e Doria.

Fed.... E*Sci fuora ſciagurato* ;
Ancor reſiſti ? fuggitivo fuora :
Fuora moneta mia ſpeſa sì male.
Doro. *Miſericordia* ! Fed. *O vedi un po' che bocca*
Ei fa quel boja, come mai l' ha torta !
Che coſa è queſto tuo ritorno a caſa ?
Queſto mutar di veſte ? Or via riſpondi.
Pitia, un momento, che io tardato aveſſi
Mi ſcappava di man, che tutto in pronto
Aveva per la fuga. Pit. *E l' hai fermato ?*
Fed. *Sicuro.* Pit. *O bene.* Doria. *E bene di he*
ſorte !
Pit. *Dove è ?* Fed. *Me ne domandi ? E non lo vedi ?*
Pit. *E che vuoi tu, che io veggia mai ?* Fed. *Coſtui.*
Pit. *E chi è coteſto uomo ?* Fed. *Egli è quel, che oggi*
V' hanno menato in caſa.
Pit. *Coſtui cogli occhi propri*

Di

Noſtrarum nunquam quiſquam vidit, Phaedria.
Ph. Non vidit? *Pyt.* An tu hunc credidiſti eſſe, obſecro,
Ad nos deductum? *Ph.* Namque alium habui neminem. *Pyt.* Au,
Nec comparandus hic quidem ad illum eſt. ille erat
Honeſta facie, & liberali. *Ph.* Ita viſus eſt
Dudum, quia varia veſte exornatus fuit:
Nunc tibi videtur foedus, quia illam non habet.
Pyt. Tace obſecro: quaſi vero paulum interſiet.
Ad nos deductus hodie eſt adoleſcentulus,
Quem tu videre vero velles, Phaedria.
Hic eſt vetus, vietus, veternoſus, ſenex,
Colore muſtellino. *Ph.* Hem, quae haec eſt fabula?
Eo redigis me, ut, quid egerim, egomet neſciam.
Eho tu, emin' ego te? *Dorus.* Emiſti. *Pyt.* Jube mihi denuo
Reſpondeat. *Ph.* Roga. *Pyt.* Veniſtin' hodie ad nos? negat [1].
At ille alter venit annos natus ſedecim,
Quem ſecum adduxit Parmeno. *Ph.* Age dum, hoc mihi expedi:
Primum unde habes iſtam [a], quam habes veſtem? taces?
Monſtrum hominis, non dicturus? *Dorus.* Venit Chaerea.
Ph. Fraterne? *Dorus.* Ita eſt [b]. *Ph.* Quando? *Dorus.* Hodie. *Pyt.* Quam dudum?
Dorus. Modo. *Ph.* Qui

VARIANTES LECTIONES

a Primum, iſtam, quam habes, unde habes veſtem? *Sic etiam legitur in altero Codice.*
b *Dor.* Ita. *Ph.* Quando? *Concordant Codices.*

1 negat at ille: alter venit.

Di noi altre ſinor non vide alcuna.
Fed. *Non vide!* Pit. *Ah, forſe ti ſei tu creduto,*
Queſti eſſer quegli, che ci fu condotto?
Fed. *Se altri non ho, che lui.* Pit. *Ah un'altra coſa*
Egli era quegli riſpetto a coſtui:
Aveva un volto bello, e gioviale.
Fed. *Così ſaravvi egli paruto allora*
Con quella veſte di varj colori;
Or che non halla, compariſce brutto.
Pit. *Ah taci: quaſi che ci corra poco*
Tra l'uno e l'altro. E ſtato a noi condotto
Oggi un tal giovanetto,
Che avreſti, Fedria, caro di vederlo;
Là dove queſti egli è un Vecchio ſtantio,
Letargico, grinzoſo, e del colore
Della donnola. Fed. *Eh via che dì tu mai?*
Che coſa è queſta favola? e tu vuoi
Ridurmi a tale, che neppure io ſappia
Quello, che ho fatto io?
Olà, riſpondi; non t'ho io comprato?
Doro. *Mi compraſti.* Pit. *Comandagli di nuovo,*
Che a me riſponda. Fed. *Lo richiedi.* Pit. *A noi*
Oggi veniſti? Egli lo nega. L'altro
Ci venne, e non avea, che ſedici anni,
E Parmenon menollo. Fed. *Ovvia alle mani,*
E uſciamne fuora. Dimmi in primo luogo,
Chi dietti queſta veſte? non riſpondi
Faccia di moſtro? e non vorrai tu dirlo?
Doro. *Venne Cherea.* Fed. *Il mio fratello?*
Doro. *Appunto.*
Fed. *Quando?* Doro. *Oggi.* Fed. *Quanto egli è?*
Doro. *Non è gran tempo.*

Ph. Qui cum? *Dorus.* Cum Parmenone. *Ph.* Noraſne eum prius?
Dorus. Non: nec, quis eſſet, unquam audieram dicier [a].
Ph. Unde igitur, meum fratrem eſſe, ſciebas? *Dorus.* Parmeno
Dicebat, eum eſſe: is dedit mihi hanc veſtem. *Ph.* Occidi.
Dorus. Meam ipſe induit: poſt una ambo abierunt foras.
Pyt. Jam ſatis credis ſobriam eſſe me, & nil mentitam tibi?
Jam ſati' certum eſt virginem vitiatam eſſe? *Ph.* Age nunc, bellua,
Credis huic quod dicat? *Pyt.* Quid iſti credam? res ipſa indicat.
Ph. Concede iſtuc paululum. audin'? etiam nunc paululum. ſat eſt.
Dic dum hoc rurſum, Chaerean' tuam veſtem detraxit tibi?
Dorus. Factum. *Ph.* Et ea eſt indutus? *Dorus.* Factum. *Ph.* Et pro te huc deductu' eſt? *Dorus.* Ita.
Ph. Jupiter magne, o ſceleſtum, atque audacem hominem. *Pyt.* Vae mihi!
Etiam nunc non credis, indignis nos irriſas [b] modis?
Ph. Mirum ni tu credis [c] quod iſte dicat. quid agam, neſcio.
(Heus tu negato rurſum.) Poſſum ne ego hodie ex te exſculpere
Verum? vidiſtin' fratrem Chaeream? *Dorus.* Non. *Ph.* Non poteſt ſine
Malo fateri, video. ſequere me hac. modo ait, modo negat.
Ora me. *Dorus.* Obſecro te vero, Phaedria. *Ph.* In' intro [1] nunc jam. *Dorus.* Hoi, hei.
Ph. Alio pacto honeſte quo modo hinc nunc abeam [d], neſcio:

Actum

VARIANTES LECTIONES

a *Dor.* Non. *Ph.* Unde igitur fratrem meum eſſe ſciebas? *Dor.* Parmeno — Dicebat eum eſſe. Is dedit mihi &c.
b eſſe inriſas. *Sic etiam in altero Cod.* *c* Mirum ne credas, quod iſte dicat. *d* Hinc abeam.

1 I intro. *Dor.* Oi, ei.

Fed. *Con chi?* Doro. *Con Parmenone.* Fed. *E pel paſſato*
Lo conoſcevi? Doro. *No, ne chi ſi fuſſe*
Udii dirlo giammai. Fed. *E in qual maniera*
Sapevi tu, ch' egli era mio fratello?
Doro. *Parmenon lo diceva: ei mi diè queſta...*
Fed. *Son morto.* Dor. *Quegli ſi veſtì la mia,*
Indi inſieme n' uſciro ambidue fuora.
Pit. *Or ſei chiarito, che non ſon briaca,*
E che t' ho detto il vero? e ancor ſei certo
Dello ſtupro ſofferto dalla vergine?
Fed. *Oh beſtia, e credi tu dunque a coſtui?*
Pit. *Credergli, o no, che importa? da ſe ſteſſa*
Parla la coſa. Fed. *Vattene in diſparte,*
Un altro poco; o via coſtì mi baſta.
Dimmi di nuovo tu: Dunque Cherea
Levotti la tua veſte? Doro. *Certamente.*
Fed. *Ed in tuo cambio quà ſi fè condurre?*
Doro. *Sicuro.* Fed. *O ſommo Giove, o temerario,*
E peſſimo uomo! Pit. *Oimè, non credi ancora,*
Che ſtate ſiam da lui con modi indegni
Tutte oltraggiate? Fed. *Non è maraviglia,*
Se a lui credi. Non ſo più che mi fare.
Oh tu, nega di nuovo. Oggi poſſo io
Saper da te la coſa, come è ſtata?
Hai veduto il mio fratel Cherea?
Doro. *Non mai.* Fed. *Io veggio ben, che colle buone*
Non caveraſſi a lui di bocca il vero.
Pregami. Doro. *Fedria mio, io ti ſcongiuro....*
Fed. *Và dentro: Ancor ti fermi?* Doro. *Ahi me tapino!*
Fed. *Non ſo per altra ſtrada oneſtamente*

Quinci

Actum eſt ſiquidem [a]. tu me hic etiam nebulo ludificabere?
Pyt. Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quam me vivere.
Dor. Sic eſt. *Pyt.* Inveniam pol [b] hodie, parem ubi referam gratiam.
Sed nunc quid faciendum cenſes [1], Dorias? *Dor.* De iſtac rogas
Virgine? *Pyt.* Ita: utrum taceamne, an praedicem? *Dor.* Pol [c], ſi ſapis [2],
Quod ſcis neſcis, neque de Eunucho, neque de vitio virginis.
Hac re & te omni turba evolves, & illi gratum feceris.
Id modo dic, abiſſe Dorum. *Pyt.* Ita faciam. *Dor.* Sed viden' Chremem?
Thais jam aderit. *Pyt.* Quid ita? *Dor.* Quia cum inde abeo, jam tunc coeperat
Turba inter eos. *Pyt.* Tu aufer aurum hoc: ego ſcibo ex hoc, quid fiet.


VARIANTES LECTIONES

a Actum eſt. Siquidem tu me hic &c. *b* edepol. *c* Tu pol.

1 Suades. 2 Tu pol ſi ſapis, quod ſcias, neſcis.

Quinci ſottrarmi, già la botta è ita.
E tu vigliacco dileggiarmi ancora!
Pit. *Io ſon più certa, come Parmenone*
Ha fatto queſto imbroglio, che non ſono
Di vivere. Dor. *Ella è certo ſua farina.*
Pit. *Sarà mia cura di trovare il modo*
Da rendergli in tutt' oggi la pariglia.
Ma poi, che credi tu, che debba farſi?
Dor. *Cioè della fanciulla?* Pit. *Certamente*
Dobbiam tacer la coſa, o pubblicarla?
Dor. *In quanto a me, per dio, ſe tu hai giudizio,*
Moſtra di non ſaper quello, che ſai.
Nulla dì dell' Eunuco, e dello ſtupro:
Così te leverai fuori d' intrico,
E farai a quello altro coſa grata:
E dille ſolo, che fuggiſſe Doro.
Pit. *Così farò.* Dor. *Ma Creme non vegg' io?*
Potrà ſtar poco a comparir la Taide.
Pit. *Perchè?* Dor. *Perchè quando io di là partii,*
Già fra loro era riſſa. Pit. *Queſte gioje*
Tu porta in caſa, ed io ſaprò da lui
Intanto, come vada queſta coſa.

Chr. At



Chr. AT at, data hercle verba mihi ſunt: vicit vinum, quod bibi.
Ac dum accubabam, qui videbar mihi eſſe pulchre ſobrius [a],
Poſtquam ſurrexi, neque pes neque mens ſatis ſuum officium facit.
Pyt. Chreme. *Chr.* Quis eſt? ehem Pythia, vah quanto nunc formoſior
Videre [b], quam dudum? *Pyt.* Certe quidem tu pol multo alacrior [1].
Chr. Verbum hercle verum hoc eſt [c]: ſine Cerere & Libero friget Venus.
Sed Thais multo ante venit? *Pyt.* An abiit jam a milite?
Chr. Jam dudum, aetatem. lites factae ſunt inter eos maxumae.
Pyt. Nil [d] dixit tum, ut ſequerere ſeſe? *Chr.* Nihil, niſi abiens mihi innuit.
Pyt. Eho,

VARIANTES LECTIONES

a quam videbar mihi pulchre eſſe ſobrius. *b* Videre mihi.
c Verum hercle hoc verum erit. *d* Nihil.
1 Certe tu quidem pol multo hilarior.

Creme, e Pitia.

Crem. *AH sì sì, m' han gabbato. Ha vinto il vino,*
Che bebbi: finchè ſtetti aſſiſo a menſa
Mi parve d' eſſer ſobrio: E in che maniera!
Ma alzatomi, che fui; la mente, e 'l piede
Veggio ben, che non fanno il lor dovere.
Pit. *Creme.* Cre. *Chi vuolmi? oh tu ſei Pitia? uh quanto*
Di poco fa mi ſembri ora più bella.
Pit. *Tu ſenza dubbio ſei di molto allegro.*
Crem. *Veramente è veriſſimo quel detto;*
Senza Cerere, e Bacco non val nulla,
Ne nulla puote la madre d' Amore.
Ma aſſai per tempo è ritornata Taide?
Pit. *Che forſe già partiſſi dal Soldato?*
Crem. *Egli è un ſecolo quaſi, che tra loro*
I diſſapori vennero all' eſtremo.
Pit. *Ne nulla diſſe a te, che allor ſeguiſſila?*
Crem. *Nulla, ma ſol mi fece alcuni cenni*

Col

Pyt. Eho, nonne id ſat erat? *Chr.* At neſciebam id dicere illam, niſi quia
Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extruſit foras.
Sed eccam ipſam video [a]: miror, ubi huic ego antevorterim.


VARIANTES LECTIONES

a Sed eccam ipſam: miror, ubi ego ante evorterim.

Col capo. Pit. *Non potea queſto baſtarti?*
Crem. *Ma io non ſapea, che ciò dir voleſſe ella,*
Se bene fui corretto dal Soldato;
E allor ne ſeppi meno: perchè quegli
Ad un tratto cacciommi fuor di caſa.
Ma eccola, che viene, io mi ſtrabilio,
In che maniera io le paſſaſſi avanti.

Dom. Miſerotti ſculp.

Th. Credo



Th. CRedo equidem illum jam affuturum eſſe, illam ut eripiat [1]. ſine,
Veniat: atque [2] ſi illam digito attigerit uno, oculi illico
Effodientur. uſque adeo ego illiu' ferre poſſum ineptias [a],
Et magnifica verba, verba dum ſint. verum enim ſi ad rem
Conferentur, vapulabit.

Chr. Thais, ego jam dudum hic adſum. *Th.* O mi Chreme, te ipſum expectabam [3]:
Scin' tu turbam hanc propter te eſſe factam? & adeo ad te attinere hanc
Omnem rem? *Chr.* Ad me? qui? quaſi iſtuc. *Th.* Quia dum tibi ſororem ſtudeo
Reddere, & reſtituere, haec atque hujuſmodi ſum multa paſſa.

Chr. Ubi

VARIANTES LECTIONES

a ineptiam.
1 ut illam a me eripiat. 2 atqui. 3 expecto.

Taide, Creme, Pitia.

Tai. *CRedo per certo, che verrà tra poco*
Colui per involarmi la fanciulla.
Laſcialo pur venir; s' egli la tocca
Con un ſol dito, in quel momento ſteſſo
Gli ſian tratti di fronte ambidue gli occhi.
Inſin che dice quelle ſue ſciocchezze,
E quelle coſe ſue ſpropoſitate;
Pur lo ſoffro, perchè ſono parole:
Ma guai a lui, ſe vuol venire a' fatti;
Che lo farò morir ſotto un baſtone.

Crem. *E' un pezzo aſſai, che qui mi trovo, o Taide.*

Tai. *O Creme, appunto io t' aſpettava. Tutto*
Queſto ſcompiglio egli è per tua cagione.
E queſta coſa tutta a te appartienſi.

Crem. *A me? In che modo? quaſi che io abbia fatto*
Queſto ſconcerto. Tai. *Che mentre m' ingegno*
Renderti, e ritornarti la ſorella;
Sofferto ho tali, e ſimiglianti coſe.

Crem. *E dove*

Chr. Ubi ea eſt? *Th.* Domi apud me. *Chr.* Ehem. *Th.* Quid eſt?
Educta ita, uti teque illaque dignum eſt. *Chr.* Quid ais? *Th.* Id quod res eſt.
Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quidquam pretii [a].
Chr. Et habetur, & referetur a me, Thais, ita uti merita es,
Gratia. *Th.* At enim cave, ne prius quam hanc a me accipias, amittas,
Chreme; nam haec ea eſt, quam miles a me ví nunc venit ereptum [b].
Abi tu, ciſtellam Pythias domo affer [1] cum monumentis.
Chr. Viden' tu illum Thais? *Pyt.* Ubi ſita eſt? *Th.* In riſco. odioſa ceſſas?
Chr. Militem ſecum ad te quantas copias adducere?
At at. *Th.* Num formidoloſus, obſecro, es, mi homo? *Chr.* Apage ſis.
Egon' formidoloſus? nemo eſt hominum, qui vivat, minus.
Th. Atque ita opu' eſt. *Chr.* Ah, metuo, qualem tu me eſſe hominem exiſtumes.
Th. Imo hoc cogitato: quicum res tibi eſt, peregrinus eſt,
Minu' potens quam tu, minu' notus, amicorum hic habens minus [2].
Chr. Scio iſtuc: ſed tu quod cavere poſſis, ſtultum admittere eſt.
Malo ego nos proſpicere, quam hunc ulciſci accepta injuria.
Abi tu, atque oſtium obſera intus, ego dum hinc tranſcurro ad forum:
Volo ego adeſſe hic advocatos nobis in turba hac. *Th.* Mane [3].
Chr. Melius eſt. *Th.* Mane. *Chr.* Omitte; jam adero. *Th.* Nil opus eſt iſtis Chreme:
Hoc

VARIANTES LECTIONES.

a pro illa quidcquam abs te pretii. *Concordat cum altero Cod.* *b* nunc ereptum venit. *Concordant Codices.*
1 effer. 2 minus amicorum hic habens. 3 *Th.* Mane, mane.

Crem. *E dove ſi trova ella?* Tai. *In caſa mia.*
Crem. *Davvero?* Tai. *Non ſmarrirti: E l' ho allevata,*
Come a te, come a lei ſi conveniva.
Crem. *Che mi dì tu!* Tai. *Quello, che egli è, ti dico.*
Ora queſta ti dono, e non rivoglio
Date ne pur quanto in comprarla io ſpeſi.
Crem. *Taide adeſſo ſol colle parole*
Ti rendo grazie d' un tal benefizio.
Poi ſtudierommi ſoddisfar co' fatti
Al tuo gran merto, e al mio ſommo dovere.
Tai. *Ma vedi, che da me, pria che tu l' abbia,*
Non la perda: Che queſta ella è colei,
Che il ſoldato a rapir mi viene a forza.
Vanne Pitia tu in caſa, e qua m' arreca
La zanellina con quelle ſcritture.
Crem. *Vedi, Taide, colui?* Pit. *Ove ſta ella?*
Tai. *Nella mia ſtanza in quel vano del muro.*
E ancor non vai? e ancor non ſei tornata?
Crem. *Uh quanta Soldateſca porta ſeco!*
Oh, ella è pur tanta! Tai. *Cappita, il mio uomo;*
Io t' ho per fornito a tremerella.
Crem. *Va via: la tremerella in un par mio?*
Uomo al mondo non v' è, che n' abbia meno.
Tai. *Eſſer così biſogna.* Crem. *Ahimè, che io temo,*
Che tu non mi conoſca per quell' uomo
Di valore, che io ſono. Tai. *E penſa, come*
Il tuo nemico è foreſtiero, ed anco
E' più debol di te, men conoſciuto,
Privo d' amici. Crem. *So ben tutto queſto:*
Ma a ciò, che può ſchivarſi, ella è pazzia
L' andare incontro. Io ſtimo fatto meglio
Il provedere al mal prima, che venga,
Che il vendicarlo dopo ricevuto.
Però tu vanne, e ſerra ben di dentro
La caſa, e intanto io porterommi in piazza,
Che io vo' degli Avvocati in queſto imbroglio.
Tai. *Fermati.* Crem. *E' meglio.* Tai. *Fermati.*
Crem. *Voglio ire,*
E ſarò qui trappoco. Tai. *Non ci è, Creme,*
Biſogno di coſtoro. Baſta ſolo,
Che

Hoc dic modo [a], ſororem illam tuam eſſe, & te parvam virginem
Amiſiſſe, nunc cognoſſe: ſigna oſtende. *Pyt.* Adſunt. *Th.* Cape.
Si vim faciet, in jus ducito hominem: intellextin'? *Chr.* Probe.
Th. Fac, animo haec praeſenti [1] dicas. *Chr.* Faciam. *Th.* Attolle [2] pallium. *
Perii! huic ipſi opus patrono eſt, quem defenſorem paro.

VARIANTES LECTIONES

a Hoc modo dic.

1 animo haec ut praeſenti. 2 *Th.* At tolle pallium.

Che tu dica, che queſta è tua Sorella,
E che da piccolina la perdeſti;
E che l' hai ritrovata; e moſtra i ſegni.
Pit. *Eccolì.* Tai. *E tu gli piglia. E ſe per ſorte*
Vorrà far forza; menalo in giudizio.
M' intendeſti tu bene? Crem. *A maraviglia.*
Tai. *E quando gli dirai ciò, che t' ho detto,*
Moſtrati franco. Crem. *Moſtrerommi.* Tai. *Or via*
Tirati ſu il mantello. O me tapina;
Che ha biſogno coſtui di chi l' ajuti,
Ed io preſo me l' ho per difenſore!

NOTAE

* Opportune quidem Pallii hic mentio recurrit, ut noſtra confirmetur ſententia, Plautinas ſcilicet, Terentianaſque Comoedias *palliatas*, non verò *togatas* eſſe nuncupandas. His enim, quae indicavi pag. 125. de Servis pallium quandoque in collum, ſive in humerum conjicientibus, praeſtat addere Terentii noſtri teſtimonium, qui in *Phormione Act. V. Sc. V.* Getam ſic inducit:

Sed ego nunc mihi ceſſo, qui non humerum hunc onero pallio?

At non Servos tantum in Comoediis, alios quoque Actores Pallio fuiſſe uſos docent Plautus, & Terentius. Plautus quidem in *Captiv. Act. IV. Sc. II.*

Sed Ergaſilus eſt ne hic, procul quem video?
Collecto quidem eſt pallio: quidnam acturus eſt?

Terentius autem hìc Thaidem inducit, quae Chremetem monet, ut pallium attollat, quod ei temulento ex humeris defluxerat. Fatetur enim Chremes Scena praecedenti:

Vicit vinum, quod bibi:
Ac dum accubabam, quam videbar mihi eſſe pulchre ſobrius!
Poſtquam ſurrexi, neque pes, neque mens ſatis ſuum officium facit.

Si ergo Toga uſi fuiſſent Comoedi, quae fibula vel in ſiniſtro humero, vel ante pectus nectebatur, qui potuiſſet vel in humerum, vel circa collum conjici, vel renibus ad inſtar faſciae aptari? Multo etiam minus defluere Actoris negligentia quiviſſet, quod Chremeti ebrio eveniſſe compertum eſt. Hinc autem argui facilè poteſt, quae ſit Vaticani Codicis praeſtantia, qui palliatos nobis exhibet Comicos; fidemque ei addunt antiqua Monumenta quamplurima, eaque praeſertim, quae Ficoronius affert in laudata a nobis Diſſertatione de *Larvis Scenicis*. Siquidem Tabula II. Tibicen pallium habet circa ventrem nodo quodam revinctum, quod Militi in ſequenti Tabula utroque pendet ex humero, & ex ſiniſtro tantum Bathyllo celeberrimo Comoedo, qui Mecoenatis, Auguſtique tempore vixit, & Tab. V. exhibetur. Vide quoque Tabulas IX. X. XVI. & praeſertim XIX., quacum maxime illa convenit, quam refert Balduinus in eruditiſſima, quam edidit, elucubratione *de Calceo*, & quidem pag. 159. In utraque enim exhibetur Davus, Geta, ſeu Comicus quiſquam alius Servum agens, brevi indutus tunicula, breviuſque ſiniſtro in humero geſtans pallium revolutum, quod utraque ex parte prolabitur. Si quis autem eas inviſerit, quod vehementer deſidero, conſideret, amabo, ejus Larvam, ſibique ſuadebit, opinor, ſolidam eam eſſe, nec faciem ſolum, ſed caput quoque contegere.

Ter. Eun. Fig. XVII.



Act. IV. Scena VII.

Thr. HAnccine ego ut contumeliam tam inſignem in me accipiam, Gnatho?
Mori me ſatius eſt. Simalio, Donax, Syriſce, ſequimini.
Primum aedeis expugnabo. *Gn.* Recte. *Thr.* Virginem eripiam.
Gn. Probe.
Thr. Male mulctabo [1] ipſam. *Gn.* Pulchre. *Thr.* In medium huc agmen cum vecti,
Donax, Tu

VARIANTES LECTIONES

1 mulcabo.

Traſone, Gnatone, Sanga, Creme, e Taide.
Tra. *PEr dio, Gnaton, che una sì grave ingiuria*
Poſſa ſoffrir ſenza una gran vendetta?
Non ſarà mai; piuttoſto io vo' morire.
Simalion, Donace, e tu Siriſco,
Seguitemi. La caſa di coſtei
Eſpugneremo noi prima. Gn. *Ben penſato.*
Tra. *Porterò via la vergine.* Gn. *Beniſſimo.*
Tra. *Taide maltratterò.* Gn. *Arcibenone.*
Tra. *Vien qua, Donace, in mezzo allo ſquadrone*
Col

N O T AE

Singularis Thraſonis ornatus, quem Tabula Scenae huic praefixa exhibet, monet nos, ut quum caeteras Perſonas pro ingenii noſtri tenuitate explicaverimus, nonnihil de militaribus quoque Veſtibus, praeſertim comicis in actionibus, diſſeramus.

Militi propriam peculiaremque fuiſſe Chlamydem, his quoque notum, qui res antiquas vix in limine ſalutarunt. Neque enim Toga, vel Pallio uti ii poterant, quos expeditos in agendo eſſe oportebat. Pallium enim, Togaque fere ad pedes protendebatur: ſed Chlamys ultra genua minime profluebat. Lanea eſſe ſolebat, tunicaeque, Loricae, ac reliquae armaturae ſuperimpoſita, fibula in humeris nectebatur.

Chlamydem primos inveniſſe Macedones, aſſerit Rubenius *de Re Veſtiaria II. 7.*; ex quibus eam vicini Theſſali, & Arcades acceperunt: unde mox ad caeteros graecos tranſiit, atque ad Romanos, qui graecorum maximi ſectatores, imitatoreſque fuere; apud quos uſui poſtea fuit pueris, mulieribus, atque etiam Imperatoribus. Ea vero, qua graeci utebantur milites, diverſa erat a puerili Romanorum, muliebri, atque imperatoria. Placet Ferrario, idem eſſe Chlamydem & Paludamentum, quod a Nonio acceptum refert: *Paludamentum eſt veſtis, quae nunc Chlamys dicitur*. Libenter aſſentior: ſed diſplicet, qui plerumque Grammaticis ſuccenſet, Rubenioque non parum detrahit, grammaticum ipſum non raro eſſe, & in verbis nugari.

Porrò milites romanos Sago, Lacernaque uſos fuiſſe laxiori,

Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dexterum:
Cedo alios: ubi centurio eſt Sanga, & manipulus furum? *San.* Eccum adeſt.
Thr. Quid ignave? peniculon' pugnare, qui iſtum huc portes, cogitas?
San. Egone? imperatoris virtutem noveram, & vim militum:
Sine ſanguine hoc fieri non poſſe: qui abſtergerem volnera.
Thr. Ubi alii? *San.* Qui, malum, alii? ſolus Sannio ſervat domi.
Thr. Tu hoſce inſtrue. hic ego ero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo.
Gn. Illuc [a] eſt ſapere, ut hoſce inſtruxit, ipſus ſibi cavit loco.
Thr. Idem hocce Pyrrhus [b] factitavit. *Chr.* Viden' tu Thais, quam hic rem agit?
Nimirum conſilium illud rectum eſt de occludendis aedibus.
Th. Sane, quod tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt:
Ne metuas. *Thr.* Quid videtur? *Gn.* Fundam tibi nunc nimis vellem dari,
Ut tu illos procul hinc ex occulto caederes: facerent fugam.

Thr. Sed

VARIANTES LECTIONES

a Illud. *b* Idem hoc jam Pyrrhus. *Concordat cum altero Codice.*

Col palo, e colla leva; e tu, Simalio,
Ponti al corno ſiniſtro; e tu, Siriſco,
Non partire dal deſtro. Or dimmi dove
Son gli altri combattenti? dove è Sanga,
Il Centurione, e'l capitan de' ladri?
San. *Eccomi pronto.* Tra. *O ſciocco; che ti penſi*
D' avere a contraſtar colle ſcodelle,
Che hai in mano il cencio da rigovernare?
San. *Come? ſapea ben io del Comandante*
La gran virtude, e quella de' ſoldati.
Ne debbe andare il ſangue a catinelle:
Ed io con queſto netterò le piaghe.
Tra. *E gli altri dove ſono?* San. *E chi ſon gli altri?*
Sannion ſol manca, che bada alla caſa.

Tra. *Or tu li poni in ordinanza; ed io*
Starò qui in mezzo al capo dopo a tutti
I Guerrieri più illuſtri; e quinci il ſegno
A ciaſcuno darò della battaglia.
Gn. *Oh queſto egli è ſapere. Ordinar bene*
I ſuoi Soldati, e ſe porre in ſicuro.
Tra. *Sovente così Pirro ancor faceva.*
Crem. *Vedi colui ciò, che ſi faccia, o Taide?*
Fu buon conſiglio quel ſerrarſi dentro.
Tai. *Affè colui, che a te pare un grand' uomo,*
E' un bel poltrone. Non temerlo punto.
Tra. *Che ve ne par?* Gn. *Oh come volentieri*
Una fionda vorrei, che aveſſi in mano;
E così di naſcoſo, e da lontano
Li percoteſſi; fuggirebber via.

Tra. *Ma*

NOTAE

ri, quae etiam fibula vel in humero, vel ante pectus nectebatur, oſtendunt prototypa quamplurima Romae in Arcubus triumphi cauſſa Septimio Severo, Veſpaſiano, Magnoque Conſtantino erectis, necnon in Columnis Trajano, atque Antonino dicatis.

Peculiare tamen capitis tegumentum in Thraſone viſitur, Petaſo, vel Pileo haud ſimile: turritum dicerem eo prorſus modo, quo Cybeles Deae caput turritum dici ſolet, & ipſa etiam turrigera: licet diverſae admodum vocis hujus cauſſae in Thraſone dignoſcantur. Si quod ego ſentio, proferre licet, turres huic tegumento aptatas cenſeo, quod Thraſo maximus eſſet ſui jactator; dixerat enim *Act. III. Sc. I.*

Vel rex ſemper maxumas
Mihi agebat, quidquid feceram, aliis non item.
Credere omnem exercitum,
Conſilia &c.

Milites vero, qui hujus ſunt ingenii, facili negocio, everſas a ſe hoſtium Turres, ſuperatas civitates, deletum exercitum praedicant, quamvis ignavi ſint, ac tardi, quod *Act. V. Sc. IX.* de eodem Thraſone Gnato praedicat:

Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctesque & dies.
Pellas facile, ubi velis.

Sed audiamus Plautum militum veſtes nobis indicantem in *Pſeudolo Act. II. Sc. IV.*, ubi Sicophanta militarem in modum erat ornandus:

Etiam opu' eſt Chlamyde, & Machaera, & Petaſo.

Profectò in caſtris Servos quoque militum Chlamyde fuiſſe indutos conſtans eſt apud eruditos. Sed quum Syriſcus, Donax, Simalio, & Sanga urbani Thraſonis ſervi forent, urbanis eos indutos veſtibus cernimus, eaque deferentes inſtrumenta, vectem ſcilicet & penulum, quae militibus convenire nemo ullus aſſeret.

Thr. Sed eccam Thaidem ipſam video. *Gn.* Quam mox irruimus? *Thr* Mane.
Omnia prius experiri [a] verbis, quam armis, ſapientem decet.
Qui ſcis, an, quae jubeam, ſine vi faciat? *Gn.* Dii voſtram fidem,
Quanti eſt ſapere! nunquam accedo ad te, quin abs te abeam doctior.
Thr. Thais, primum hoc mihi reſponde: cum tibi do iſtam virginem,
Dixtin' hos mihi dies ſoli dare te? *Th.* Quid tum poſtea? *Thr.* Rogitas,
Quae mi ante oculos coram amatorem adduxiſti tuum?
Th. Quid cum illo ut agas [b]? *Thr.* Et cum eo clam ſubduxiſti te mihi [1]?
Th. Libuit. *Thr.* Pamphilam ergo huc redde, niſi ſi mavis eripi [2].
Chr. Tibi illam reddat, aut tu eam tangas? omnium. *Gn.* Ah, quid agis? tace.
Thr. Quid tu tibi vis? ego non tangam meam? *Chr.* Tuam autem, furcifer?
Gn. Caveſis: neſcis, cui maledicas nunc viro [c]. *Chr.* Non tu hinc abis?
Scin' tu, ut tibi res ſe habeat? ſi quidquam hodie hic turbae coeperis,
Faciam, hujus loci [d], dieique, meique ſemper memineris.
Gn. Miſeret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.
Chr. Diminuam ego caput tuum hodie [e], niſi abis. *Gn.* Ain' vero, canis?
Siccine agis? *Thr.* Quis tu es homo? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi eſt?
Chr. Scibis [f]. Principio eam eſſe dico liberam. *Thr.* Hem. *Chr.* Civem Atticam.
Thr. Hui. *Chr.* Meam

VARIANTES LECTIONES

a Omnia prius experiri, quam armis, ſapientem decet. *Concordant Codices.* *b* Quid cum illo agas? *c* cui maledicas viro. *d* ut hujus loci. *e* Diminuam ego tibi caput hodie. *f* Scies.

1 clam te ſubduxti mihi. 2 niſi ſi vi mavis eripi.

Tra. *Ma ecco che veggio io la ſteſſa Taide.*
Gn. *Che ne dì tu? le andiamo tutti addoſſo?*
Tra. *Ferma non tanta fretta. Un uomo ſavio*
Col conſiglio ogni coſa ha a tentar prima,
Che l' uſar l' arme. Che puoi tu ſapere,
Che ſenza forza ella non faccia quello,
Che noi vogliamo? Gn. *O ſommi eterni Dei,*
Quanto importa il ſapere! a te giammai
Non vengo, che io non partane più dotto.
Tra. *Avanti a tutto, dimmi un poco Taide,*
Quando io ti feci don della fanciulla;
Mi prometteſti tu, che per due giorni
Non avereſti accolto, che me ſolo?
Tai. *E ben che vuoi inferir?* Tra. *Me ne domandi,*
Quando mi porti avanti gli occhi proprj
Un novello amator? Tai. *Chiedilo a lui.*
Tra. *E da me ſeco ratta t' involaſti?*
Tai. *Così mi piacque.* Tra. *Or dunque mi ſi renda*
Panſila, o pure piglierolla a forza.
Crem. *Che a te la renda; o che tu pur la tocchi?*
O di tutti... Gn. *Ah ſta zitto diſgraziato.*
Crem. *Che vuoi tu dire?* Tra. *Ed io la robba mia*
Non toccherò? Crem. *Che tua? viſo da forca.*
Gn. *Belbello, abbi giudizio; tu non ſai*
Con chi tu te la pigli. Crem. *E ancor qui ſtai?*
Sai tu, come ha da ir poi queſta coſa?
Se farai in oggi punto di rumore;
Sarà mia cura, che tu ti ricordi
Per tutto il tempo della vita tua
Di queſto luogo, di queſta giornata,
E della mia perſona. Gn. *Tu mi muovi*
A pietade in veder, che ti nemichi
Un sì grand' uomo. Crem. *Se non te la fai,*
Io ti ſpacco la teſta in cento pezzi.
Gn. *O beſtia, e così parli? e così fai?*
Tra. *Chi ſei? che coſa vuoi? che ha' tu che fare*
Con quella mia fanciulla? Crem. *Lo ſaprai.*
Ti dico in primo luogo eſſer lei libera.
Tra. *E via!* Crem. *E Cittadina ancor d' Atene.*

Chr. Meam ſororem. *Thr.* Os durum. *Chr.* Miles, nunc adeo edico tibi,
Ne vim facias ullam in illam. Thais, ego ad Sophronam eo
Nutricem, ut eam adducam, & ſigna oſtendam haec. *Thr.* Tun' me prohibeas,
Meam ne tangam? *Chr.* Prohibeo, inquam. *Gn.* Audin' tu? hic furti ſe [1] alligat.
Satin' hoc eſt tibi [a]? *Thr.* Hoc idem tu? *Th.* Quaere, qui reſpondeat.
Thr. Quid nunc agimus? *Gn.* Quin redeamus: jam haec tibi aderit ſupplicans
Ultro. *Thr.* Credin'? *Gn.* Imo certe. novi ingenium mulierum:
Nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro. *Thr.* Bene putas.
Gn. Jam dimitto exercitum? *Thr.* Ubi vis. *Gn.* Sanga, ita uti fortes decet
Milites, domi focique fac viciſſim ut memineris.
San. Jam dudum animus eſt in patinis. *Gn.* Frugi es. *Thr.* Vos me hac ſequimini.

VARIANTES LECTIONES

a *Chr.* Satis hoc tibi eſt.

1 Hic furti te alligat.

Tra. *Ubi!* Crem. *E ſorella mia.* Tra. *Faccia sfrontata!*
Crem. *Soldato, io ti comando, che non facci*
Forza alcuna a coſtei. Frattanto, Taide,
Anderonne alla ſua Balia Sofrona,
Per qua condurla, e queſti contraſſegni
Le moſtreremo. Tra. *E tu m' impedirai*
Di toccar quel, che è mio? Crem. *Te l' impediſco,*
Ritorno a dirti. Gn. *Intendi tu coſtui?*
Per dio, vuol farti reo di ladroneccio.
Crem. *Etti queſto a baſtanza?* Tra. *E tu lo ſteſſo,*
Taide, affermi? Tai. *Cerca d' altra gente,*
Che ti riſponda. Tra. *Or noi che qui facciamo?*
Gn. *Andiancene, che queſta preſto preſto*
Supplicante a' tuoi piè te la vedrai.
Tra. *Così tu credi?* Gn. *Senza fallo tutte*
Le donne fatte ſon d' una maniera;
Non voglion, ſe tu vuoi; ſe tu non vuoi,
Vogliono al doppio. Tra. *Tu la penſi bene.*
Gn. *Dunque licenzio le milizie tutte.*
Tra. *Fa quello, che tu vuoi.* Gn. *Odimi, o Sanga:*
Come convienſi a' forti combattenti,
Penſa alla caſa, e penſa alla cucina.
San. *E' già un pezzo, che vaga il mio penſiero*
Tra piatti, tra pignatte, e tra ſcodelle.
Gn. *Sei un grand' uomo.* Tra. *Voi di qua ſeguitemi.*

Th. Pergin'

Ter. Eun. Fig. XVIII.



Th. PErgin', ſceleſta, mecum perplexe loqui?
Scio: neſcio: abiit: audivi: ego non affui.
Non tu iſtuc mihi dictura aperte es, quidquid eſt?
Virgo conſciſſa veſte lacrumans obticet,
Eunuchus abiit. quamobrem? quid factum eſt? taces [1]?
Pyt. Quid tibi ego dicam, miſera? illum Eunuchum negant
Fuiſſe. *Th.* Quis fuit igitur? *Pyt.* Iſte Chaerea.
Th. Qui Chaerea? *Pyt.* Iſte ephebus frater Phaedriae.
Th. Quid ais, venefica? *Pyt.* Atqui certo comperi.
Th. Quid is, obſecro, ad nos [2] quamobrem adductu' eſt? *Pyt.* Neſcio;
Niſi

VARIANTES LECTIONES

1 quamobrem, quid eſt factum, taces? 2 Quid id obſecro ad nos? aut quamobrem adductus eſt?

Taide, e Pitia.

Tai. *SCelerata! Ancor ſegui a ragionarmi*
Perpleſſamente? So, non ſo, partiſſi,
Mi fu detto, non ci era. E ancor non vuoi
Dirmi la coſa, appunto come è ſtata?
Colla veſte ſtracciata la fanciulla
Piange, e ſi tace, e ſi partì l' Eunuco;
Per qual cagion? Che coſa avvenne? e taci?

Pit. *Miſera me! Che ti potrò mai dire?*
Quell' Eunuco, dicon, che non fuſſe
Eunuco daddovero. Tai. *Oh chi era dunque?*
Pit. *Queſto Cherea.* Tai. *Di qual Cherea tu parli?*
Pit. *Di quel garzone fratello di Fedria.*
Tai. *Che mi dì tu, ſtregaccia!* Pit. *E' ver pur troppo.*
Tai. *E come e' venne a noi? e in qual maniera*
Ci fu condotto? Pit. *Io non lo ſo: ma credo*
Per

Niſi amaſſe credo Pamphilam. *Th.* Hem miſera occidi,
Infelix, ſi quidem tu iſtaec vera praedicas.
Num id lacrumat virgo? *Pyt.* Id opinor. *Th.* Quid ais, ſacrilega?
Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi?
Pyt. Quid facerem? ita ut tu juſti [1], ſoli credita eſt.
Th. Sceleſta, ovem lupo commiſti [2]. diſpudet,
Sic mihi data eſſe verba. quid illuc hominis eſt?
Pyt. Hera mea, tace, obſecro: ſalvae ſumus: hominem [3]
Habemus ipſum. *Th.* Ubi is eſt? *Pyt.* Hem ad ſiniſtram: non vides [4]?
En [a]. *Th.* Video. *Pyt.* Comprehendi jube, quantum poteſt.
Th. Quid illo facias ſtulta [b]? *Pyt.* Quid faciam, rogas?
Vide, amabo, ſi non, cum aſpicias, os impudens
Videtur. *Th.* Non. *Pyt.* Tum, quae ejus confidentia eſt [c].

VARIANTES LECTIONES

a Videſne? *Th.* Video. *b* Quid illo faciemus ſtulta? *Sic etiam in altero legitur Codice.*
c *Th.* Non eſt. Tum quae ejus confidentia 'ſt? *Ita hoc in Cod. ſemper ſcribitur* eſt, *quando praecedit vocalis.*

1 ita ut juſſiſti. 2 commiſiſti. 3 tace, tace, obſecro: ſalvae ſumus. habemus hominem ipſum. 4 Viden?

Per l' amore di Panfila. Tai. *Son morta!*
O me infelice, ſe tu non m' inganni!
E perciò forſe piange la fanciulla?
Pit. *Così mi penſo.* Tai. *Scelerata, indegna,*
Di ciò non ti feci io crudel minaccia
Nel dipartirmi? Pit. *E che poteva io farvi?*
Conforme il tuo comando io gli ſerrai
Solo con ſola. Tai. *Perfida, che foſti:*
Deſti la pecorella in guardia al lupo.
M' hanno burlata, e n' ho vergogna eſtrema.
Ma chi è quell' uom? Pit. *Padrona non fiatare,*
Siamo in ſicuro, abbiamo il falſo Eunuco.
Tai. *Ove ora ſtaſſi?* Pit. *Alla ſiniſtra. Il vedi?*
Tai. *Lo vedo.* Pit. *Or tu comanda, che ſia preſo,*
E ben legato. Tai. *E poi che gli faremo?*
Stolta che ſei! Pit. *Che farem lui, mi chiedi?*
Or vedi ſe non pare un temerario
A guardarlo. Tai. *Non pare.* Pit. *E quanto è fermo,*
Quanta alterigia, ed arroganza moſtra!

Ter. Eun. Fig. XIX.



Act. V. Scena II.

Chae. APud Antiphonem uterque, mater, & pater,
Quaſi dedita opera, domi erant, ut nullo modo
Introire poſſem [a], quin viderint me. interim
Dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obviam
Venit. ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam deſertum, inde item
In aliud, inde in aliud. ita miſerrimus
Fui fugitando, ne quis me cognoſceret.
Seſt eſtne haec Thais, quam video? ipſa eſt. haereo.
Quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?
Th. Adeamus. bone vir, Dore, ſalve: dic mihi,

Auſu-

VARIANTES LECTIONES

a poſſim.

Cherea, Taide, e Pitia.

Ch. A *Caſa d' Antifone, a farla appoſta,*
Ci erano il padre ſuo, e la ſua Madre;
Ed io non ci poteva in modo alcuno
Entrar ſenza eſſer viſto. Ora nel mentre
Che così me ne ſto fuora dell' uſcio,
Mi viene incontro una perſona nota:
La vidi appena, che mi miſi a correre,
Quanto potei; e preſi un già diſmeſſo
Rovinato chiaſſetto, e dopo quello
Entrai in un altro, e poi 'n un altro; in-
fine
Per non eſſer ſcoperto, ebbi a crepare
Della fatica. Ma queſta, che veggio,
Non è Taide? E' deſſa. Io ſto dubbioſo
Di ciò che farmi. Ma in fin che m' importa;
E che mi farà ella? Tai. *Andronne incontro.*
O Doro, o mio buon uomo, dimmi un poco,

Fuggi-

Aufugiſtin'? *Chae.* Hera, factum. *Th.* Satin' id tibi placet?
Chae. Non. *Th.* Credin' te impune habiturum? *Chae.* Unam hanc noxiam
Mitte: ſi aliam unquam admiſero ullam, occidito [a].
Th. Num meam ſaevitiam veritus es? *Chae.* Non. *Th.* Quid igitur?
Chae. Hanc metui, ne me criminaretur tibi.
Th. Quid feceras? *Chae.* Paululum quiddam. *Pyt.* Eho, paululum, impudens?
An paululum eſſe hoc tibi videtur, virginem
Vitiare civem? *Chae.* Conſervam eſſe credidi.
Pyt. Conſervam? vix me contineo, quin involem in
Capillum. monſtrum! etiam ultro deriſum advenit.
Th. Abin' hinc inſana? *Pyt.* Quid ita vero? debeam,
Credo, iſti quidquam furcifero, ſi id fecerim;
Praeſertim cum ſe ſervom fateatur tuum.
Th. Miſſa haec faciamus. Non te dignum, Chaerea,
Feciſti: nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maxime; at tu indignus, qui faceres tamen.
Neque, aedepol, quid nunc conſili capiam, ſcio,
De virgine iſtac: ita conturbaſti mihi
Rationes omnes, ut eam non poſſim ſuis,
Ita ut aequom fuerat, atque ut ſtudui, tradere, ut
Solidum parerem hoc mihi beneficium, Chaerea.
Chae. At nunc dehinc ſpero, aeternam inter nos gratiam
Fore, Thais. ſaepe ex hujuſmodi re quapiam, & Malo

VARIANTES LECTIONES

a Si aliam unquam ullam admiſero, occidito.

Fuggiſti? Ch. *E' vero*. Tai. *E ciò ti è molto caro*?
Ch. *No*. Tai. *Senza pena forſe tu ti penſi*
Dovertela paſſar? Ch. *Queſta ſol volta*
Me la perdona, e poi ſe io manco in nulla
Dammi in ſul capo. Tai. *E della mia fierezza*
Aveſti tema? Ch. *No*. Tai. *Che dunque aveſti*?
Ch. *Ebbi timore d' eſſerti accuſato*
Da quella. Tai. *E che faceſti*? Ch. *Quaſi nulla*.
Pit. *Quaſi nulla a te par toglier l' onore*
A una fanciulla nata Cittadina?
Ch. *Io la credei conſerva*. Pit. *Che conſerva*?
Non ſo chi mi trattenga, che ad un tratto
Non ti metta le mani ne' capelli,
Brutto moſtaccio. Ancor vienci a burlare?
Tai. *Và via pazza che ſei*. Pit. O *queſta è bella*.
Se io lo faceſſi, che mal ci ſarebbe;
Tanto più che ſi fa noſtro conſervo?
Tai. *Laſciam queſto da parte. Non hai fatto*
Coſa di te, Cherea, che degna ſia:
Che ſebbene ſon io degna pur troppo
D' un tale affronto, non dovevi farlo
Per verun capo. E certamente adeſſo
Non ſo più, in che maniera regolarmi
Intorno alla fanciulla: che ad un tratto
M' hai tutte guaſte le miſure, e i conti:
Perchè non potrò più renderla a' ſuoi,
Conforme egli era giuſto, ed io penſai,
Per farmeli a tal prezzo amici, e grati.
Ch. *Anzi da queſto ho gran ſperanza, o Taide*,
Che faraſſi immortal noſtra amicizia.
Speſſo da certe coſe come queſta,
E da triſto principio è provenuta *Aſſai*

Malo ex principio magna familiaritas
Conflata eſt. Quid, ſi hoc quiſpiam voluit deus?
Th. Equidem pol in eam partem accipioque [1], & volo.
Chae. Imo ita quaeſo. unum hoc ſcito, contumeliae
Non me feciſſe cauſſa, ſed amoris. *Th.* Scio,
Et pol propterea magis nunc ignoſco tibi.
Non adeo inhumano ingenio ſum, Chaerea,
Neque tam [2] imperita, ut, quid amor valeat, neſciam.
Chae. Te quoque jam, Thais, ita me dii bene ament, amo.
Pyt. Tum pol ab iſtoc tibi [a], hera, cavendum intellego.
Chae. Non auſim. *Pyt.* Nihil tibi quidquam credo. *Th.* Deſinas [b].
Chae. Nunc ego te in hac re mihi oro, ut adjutrix ſies:
Ego me tuae commendo & committo fidei:
Te mihi patronam cupio [3] Thais: te obſecro:
Emoriar, ſi non hanc uxorem duxero.
Th. Tamen, ſi pater. *Chae.* Quid? ah volet, certo ſcio,
Civis modo haec ſit. *Th.* Paululum opperirier
Si vis: jam frater ipſe hic aderit virginis:
Nutricem accerſitum iit, quae illam aluit parvolam:
In cognoſcendo tute ipſe hic aderis, Chaerea.
Chae. Egô vero maneo. *Th.* Vis ne interea, dum is venit,
Domi opperiamur potius, quam hic ante oſtium?

Chae. Imo

VARIANTES LECTIONES

a Tum pol tibi ab iſto, hera, cavendum eſſe intellego. *Concordant Codices.*
b *Pyt.* Nihil tibi quicquam credo. Deſinas. *Ch.* Nunc ego &c.

1 accipio, quae & volo. 2 ita. 3 capio.

Aſſai domeſtichezza. E chi ſa forſe,
Che opera ciò non ſia d' un qualche Iddio?
Tai. *E per tale io la prendo, anzi la voglio.*
Ch. *Solo hai tu da ſaper, che quel che ho fatto,*
No 'l fei per villania, ma per amore.
Tai. *Lo ſo, Cherea, e però ſono sì pronta*
A perdonarti: e non mi creder certo
D' una mente sì acerba, ed inumana,
O sì imperita, che mi ſieno ignote
Le forze incontraſtabili d' amore.
Ch. *Di già comincio a porti affetto, o Taide.*
Pit *Ma tu, Padrona, guardati da lui.*
Ch. *Non avrei tanto ardire.* Tai. *Ovvia t' accheta.*
Ch. *Or io mi raccomando, e mi conſegno*
Tutto alla fede tua; e in queſta coſa
Ad eſſermi ti prego ajutatrice,
E braccio, e ſcudo, che io morrò piuttoſto,
Che non pigliar queſta fanciulla in moglie.
Tai. *Ma ſe il Padre* ... Ch. *Eh per lui non mi ſgomento,*
Purchè ſia Cittadina. Tai. *Ti ſofferma*
Ancora un poco, che non potrà ſtare
A venire il fratel della fanciulla,
Che ſe n' è andato in caſa della Balia,
Che allevolla bambina; e tu preſente
A quegli atti ſarai, che eſſi faranno
Per ravviſarla. Ch. *Mi trattengo certo.*
Tai. *Ma in queſto mentre non è forſe meglio*
L' entrare in caſa, che ſtar qui ſull' uſcio?

Ch. *Meglio*

Chae. Imo percupio. *Pyt.* Quam tu rem actura, obſecro, es?
Th. Nam quid ita? *Pyt.* Rogitas? hunc tu in aedes cogitas
Recipere poſthac? *Th.* Cur non? *Pyt.* Crede hoc meae fidei,
Dabit hic aliquam pugnam denuo. *Th.* Au, tace, obſecro.
Pyt. Parum perſpexiſſe ejus videre audaciam.
Chae. Non faciam Pythia. *Pyt.* Non pol credo, Chaerea,
Niſi ſi commiſſum non erit. *Chae.* Quin Pythias,
Tu me ſervato. *Pyt.* Neque pol ſervandum tibi
Quidquam dare auſim, neque te ſervare [1]; apage te.
Th. Optime. adeſt ipſe frater [a]. *Chae.* Perii hercle! obſecro;
Abeamus intro, Thais: nolo, me in via
Cum hac veſte videat. *Th.* Quamobrem tandem? an quia pudet?
Chae. Id ipſum. *Pyt.* Id ipſum? virgo vero. *Th.* I prae, ſequor.
Tu iſtic mane, ut Chremem introducas, Pythias.

VARIANTES LECTIONES

a *Th.* Adeſt optume ipſe frater. *Concordant Codices*.
1 ſervarem.

Ch. *Meglio di molto.* Pit. *E che ſei tu per fare?*
Tai. *Perchè?* Pit. *Perchè me ne domandi? Queſti*
Un' altra volta ricettare in caſa!
Tai. *E perchè no?* Pit. *Padrona, odimi bene,*
Ci metterà ſoſſopra un' altra volta.
Tai. *Ah via non parlar più.* Pit. *Ti parve poco*
L' ardire di coſtui? Ch. *Non farò nulla.*
Pit. *Non te lo credo affè, ſe no in un caſo,*
Che ſtiamo di te ſempre ſoſpettoſe.
Ch. *Anzi, Pitia, di me cura ti prendi.*
Pit. *Ne a te vo' dare alcuna coſa in guardia,*
Ne prenderti. Và via. Tai. *Oh come a tempo*
Giunge qui ſuo fratello! Ch. *Ohime ſon morto!*
Entriamo in caſa, che con queſta veſte
Non voglio, che mi veda per la ſtrada.
Tai. *Perchè? Per la vergogna?* Ch. *Sì per quella.*
Pit. *Per quella? e della povera fanciulla?*
Tai. *Vanne avanti, ti ſeguo, e tu rimani,*
Pitia, coſtì, acciò che quando viene
Creme, a me l' introduca.



Act. V. Scena III.

Pyt. QUid? quid venire in mentem nunc poſſit mihi?
Quidnam? qui referam ſacrilego illi gratiam,
Qui hunc ſuppoſuit nobis? *Chr.* Move vero ocyus [a]
Te, nutrix. *Soph.* Moveo. *Chr.* Video, ſed nil [1] promoves.
Pyt. Jamne oſtendiſti ſigna nutrici? *Chr.* Omnia.
Pyt. Amabo, quid ait, cognoſcitne? *Chr.* Ac memoriter.
Pyt. Bene aedepol narras: nam illi faveo virgini.
Ite intro: jam dudum hera vos exſpectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere,
Video. viden' ut otioſius it, ſi diis placet!

Spero

VARIANTES LECTIONES

a *Chr.* Move, oro, ocius, — Te mea nutrix.

1 nihil.


Pitia, Creme, e Sofrona.

Pit. *CHe coſa ritrovar potrei giammai;*
Ma foſſe coſa da farlo pentire,
E rifarmi così con quel ſagrilego,
Che così ci burlò col finto Eunuco?
Crem. *Ovvia, Balia, t' affretta.* Sof. *Io non ſto ferma.*
Crem. *Lo veggio è ver; ma ſi camina poco.*
Pit. *Moſtraſti ancora alla nutrice i ſegni?*
Crem. *Ogni coſa.* Pit. *Che dice? li ravviſa?*
Crem. *Li ſa tutti, e li narra a maraviglia.*
Pit. *Ne ho piacer, che amo molto la fanciulla.*
Andate dentro, che la mia Padrona
E' molto, che v' attende. Ecco il buon uomo
Di Parmenone: oh come è ſfaccendato!
Ma ſe piace agl' Iddii, giuſta il mio uſo,

Daro-

Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.
Ibo intro, de cognitione ut certum ſciam:
Poſt exibo, atque hunc perterrebo ſacrilegum.

Darogli, io ſpero, i meritati ſtrazj.
Ma voglio entrare in caſa per chiarirmi,
Se confrontano i ſegni; e poi di nuovo
Uſcirò fuora a ſpaventar coſtui.



Dom. Miſerotti sculp.



Par. REviſo, quidnam Chaerea hic rerum gerat.
Quod ſi aſtu rem tractavit, dii voſtram fidem!
Quantam, & quam veram laudem capiet Parmeno!
Nam ut mittam, quod ei amorem difficillimum, &
Cariſſimum ab meretrice avara; virginem
Quam amabat, & eam confeci ſine moleſtia,
Sine ſumptu, ſine [a] diſpendio: tum hoc alterum
Id vero eſt, quod ego mihi puto palmarium,
Me repperiſſe, quo modo adoleſcentulus
Meretricum ingenia, & mores poſſet noſcere:

Mature

VARIANTES LECTIONES

a & ſine.

Parmenone, e Pitia.

Par. T*Orno a veder quel, che ſi fa Cherea*
In queſta caſa; che ſe con aſtuzia
Ei maneggiò l' affare; eterni Iddii,
Quanta, e qual vera laude, Parmenone
Averà egli! Perchè, meſſo da parte,
Che un difficile amor ſopra ogni credere
E cariſſimo ancora al maggior ſegno,
Perchè era in man d' una puttana avara,
Io gli ho ſpedito, e l' amata fanciulla
Gli ho fatto aver ſenza moleſtia alcuna,
E ſenza ſpeſa, e ſenza verun danno.
Chi potrà immaginarſi il grande onore,
A cui ſalito ſon, perchè moſtrata
Ho a quel garzon la ſtrada di conoſcere
I coſtumi, e le menti puttaneſche

Di

Mature ut cum cognorit, perpetuo oderit.
Quae dum foris ſunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compoſitum quidquam, nec magis elegans:
Quae, cum amatore ſuo cum coenant, liguriunt;
Harum videre ingluviem, ſordes, inopiam;
Quam inhoneſtae ſolae ſint domi, atque avidae cibi;
Quo pacto ex jure heſterno panem atrum vorent.
Noſſe omnia haec, ſalus eſt adoleſcentulis.
Pyt. Ego pol te pro iſtis dictis & factis, ſcelus,
Ulciſcar; ut ne impune in nos inluſeris.

Di buon' ora, acciocchè le odj per ſempre?
Che mentre fuora ſon, veruna coſa
E' più pura di lor, ne più aggiuſtata,
Ne più gentile. E quanto delicate
Nel cibo ſono con gli amanti loro!
Ma il veder ciò, che fanno in caſa ſole;
O quello ſi, che è ſalutare a' giovani.
O come ingorde! come ſon voraci!
Piene di ſuccidume, e di miſerie,
E diſoneſte, e ſporche nel mangiare,
Talche s' ingojan giù ſenza riguardo
Intinti nella broda omai ſtantia
Duri tozzi di pan muffato, e nero.
Pit. *Di queſti detti tuoi, di queſti fatti,*
Briccon che ſei, ben ne torrò vendetta;
Ne ſenza danno tuo m' avrai deriſo.



Dom. Miſ. ſculp.

Pyt. Pro

Ter. Eun. Fig. XXII.



Pyt. PRo deum fidem, facinus foedum! o infelicem adoleſcentulum!
O ſceleſtum Parmenonem, qui iſtum huc adduxit! *Par.* Quid eſt?
Pyt. Miſeret me. itaque, ut ne [1] viderem, miſera huc effugi foras.
Quae futura exempla dicunt in eum indigna! *Par.* O Jupiter,
Quae illaec turba eſt? numnam ego perii? adibo. quid iſtuc, Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient? *Pyt.* Rogitas audaciſſime?
Perdidiſti iſtum, quem adduxti pro Eunucho, adoleſcentulum,
Dum ſtudes dare verba nobis. *Par.* Quid ita? aut quid factum eſt? cedo.
Pyt. Dicam. virginem iſtam, Thaidi hodie quae dono data eſt,
Scin' eam hinc civem eſſe [2]? & ejus fratrem adprime nobilem?

Par. Neſcio

VARIANTES LECTIONES

1 ne id viderem. 2 Scis eam civem eſſe hinc, &c.

Pitia, e Parmenone.

Pit. *O Sommi Dei! o ſcelerata impreſa!*
O fanciullo infelice! O Parmenone
Sciagurato, che a noi l'ha condotto!
Par. *Ch'eſſer ciò puote?* Pit. *Io n'ho tanta pietade,*
Che ſono uſcita fuor, per non vederlo.
Ah che pena! Si dice, che daranglì
Per eſempio degli altri, e oh quanto indegna!
Par. *O Giove, e ch'è mai queſto? e che n'avvenne*
Di grave mal? Che coſa è ſtata, o Pitia?
Pit. *Me ne domandi, temerario indegno?*
Rovinato per ſempre hai quel Garzone,
Che per Eunuco a noi qui conduceſti,
Mentre tu penſi a venderci paſtocchie.
Par. *Perchè così? Che è ſucceduto? Dillo.*
Pit. *Dirollo. Quella vergin, che alla Taide*
E' ſtata regalata in queſto giorno,
Sai tu, che ell'è d'Atene, e che ha un fratello

Nobile

Par. Neſcio. *Pyt.* Atqui ſic inventa eſt. eam iſte vitiavit miſer.
Ille ubi reſcivit [1] factum frater violentiſſimus,
Par. Quidnam fecit? *Pyt.* Primum [a] eum miſeris modis,
Par. Conligavit? hem. *Pyt.* Atque equidem orante, ut ne id faceret, Thaide..
Par. Quid ais? *Pyt.* Nunc minitatur porro ſeſe id facturum, quod moechis ſolet:
Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim. *Par.* Qua audacia
Tantum facinus audet? *Pyt.* Quid ita tantum? *Par.* An non [2] hoc maxumum eſt?
Quis homo pro moecho unquam vidit in domo meretricia
Deprendi [3] quemquam? *Pyt.* Neſcio. *Par.* At ne hoc neſciatis, Pythias,
Dico, edico vobis, noſtrum eſſe illum herilem filium. *Pyt.* Hem,
Obſecro an is eſt? *Par.* Ne quam in illum Thais vim fieri ſinat.
Atque adeo autem cur non egomet intro eo? *Pyt.* Vide Parmeno
Quid agas, ne neque illi proſis, & tu pereas. nam hoc putant,
Quidquid factum eſt, ex te eſſe ortum. *Par.* Quid igitur faciam miſer?
Quidve incipiam? ecce autem video rure redeuntem ſenem.
Dicam huic, an non? dicam hercle; etſi mihi magnum malum
Scio paratum. ſed neceſſe eſt, huic ut ſubveniat. *Pyt.* Sapis:
Ego abeo intro: tu iſti narrato omnem rem ordine [b], ut factum ſiet.


VARIANTES LECTIONES

a *Pyt.* Conligavit primum miſeris modis. *Concordat cum altero Codice.* *b* narrato omnem ordine rem, ut.

1 ubi id reſcivit. 2 Annon tibi hoc. 3 Prehendi.

Nobile in primo grado? Par. *Non ſo nulla.*
Pit. *La coſa è certa: or queſto miſerabile*
Forzolla; e riſaputoſi tal fatto
Dal fratello all' eſtremo furibondo....
Par. *Che fece?* Pit. *Prima lo legò ben bene...*
Par. *Come! legollo?* Pit. *E non lo moſſer punto*
Della Taide i preghi, che a favore
Del giovane faceva. Par. *E che mi narri!*
Pit. *Adeſſo egli minaccia*
Fargli quel, che agli adulteri ſuol farſi;
Che mai non vidi, e non vorrei vedere.
Par. *Con qual baldanza ardiſce far coſtui*
Sì grande impreſa? Pit. *Ella non è poi tanta.*
Par. *Anzi maſſima. E dove hai tu veduto,*
Che in caſa di puttane abbiaſi preſo
Un uomo per adultero? Pit. *Non ſollo.*
Par. *E acciocchè lo ſappiate in avvenire;*
A te lo dico, e a tutti di tua caſa,
Che quel Garzone è il noſtro Padroncino.
Pit. *O quegli è tale?* Par. *E non permetta Taide*
Che ſe gli faccia torto. Ma che ſtommi,
E in caſa lor non entro? Pit. *Parmenone,*
Bada a quello, che fai: Perchè ho paura,
Che a lui non giovi, e te rovini affatto:
Perchè penſa ciaſcun, che queſto intrico
Tal quale egli è, ſia tutta tua farina.
Par. *Miſero me! che dunque farò io!*
Che inventerommi! Ma non veggio il vecchio,
Che ſi torna di villa? a lui dirollo
O non dirollo? Ma vo' dirlo al certo,
Ancorch' ella anderà per me maliſſimo;
Che neceſſario egli è, che ajuti il figlio.
Pit. *Tu la ſai tutta. Io me ne vado, e avverti*
Al vecchio di narrar, conforme vada,
Queſta coſa per ordine, e per filo.

Fig. XXIII.



Act. V. Scena VI.

Lac. EX meo propinquo rure hoc capio commodi;
Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit.
Ubi ſatias coepit fieri, commuto locum.
Sed eſt ne ille noſter Parmeno[1]? & certe ipſus eſt.
Quem praeſtolare, Parmeno, hic ante oſtium?
Par. Quis eſt? hem, ſalvum te advenire[2], here, gaudeo.
Lac. Quem praeſtolare? *Par.* Perii. lingua haeret metu. *Lac.* Hem[a],
Quid eſt? quid trepidus[3]? ſati' ne ſalvae? dic mihi.
Par. Here, primum te arbitrari id, quod res eſt, velim:
Quidquid hujus factum eſt, culpa non factum eſt mea.
Lac. Quid?

VARIANTES LECTIONES

a *Lac.* Quid trepidas?
1 Sed eſt ne ille Parmeno? 2 adveniſſe. 3 quid tu trepidas?

Lachete, e Parmenone.

Lac. *DAlla vicina mia villa ritraggo*
Queſto ben, che non mai vienmi a faſtidio
O la Campagna, o la Città: Che appena
Una m' annoja, che io mi porto all' altra.
Ma non è quello il noſtro Parmenone?
Certo egli è deſſo. Parmenon, che aſpetti
Avanti a coteſto uſcio? Par. *Ecco il Padrone.*
Godo, Padron, che tu hai una buona cera
Riportata di villa. Lac. *E tu chi aſpetti?*
Par. *Son morto, e pel timor tutta attaccata*
Ho la lingua al palato. Lac. *Olà non parli?*
Di che temi? che hai tu? ſtai forſe male?
Par *Prima di tutto io bramerei, Padrone,*
Che pigliaſſi la coſa pel ſuo verſo,
E come ella è; ne ti credeſſi mai,
Che io aveſſi colpa in quel, che è ſtato fatto.

Lac. Quid? *Par.* Recte ſane interrogaſti: oportuit [a]
Rem praenarraſſe me. emit quendam Phaedria
Eunuchum, quem dono huic daret. *Lac.* Cui? *Par.* Thaidi.
Lac. Emit? perii hercle. quanti? *Par.* Viginti minis.
Lac. Actum eſt. *Par.* Tum quandam fidicinam amat hic Chaerea.
Lac. Hem, quid? amat? an ſcit jam ille, quid meretrix ſiet;
An in aſtu venit [b]? aliud ex alio malum.
Par. Here, ne me ſpectes: me impulſore haec non facit.
Lac. Omitte de te dicere. ego te, furcifer,
Si vivo. ſed iſtuc, quidquid eſt, primum expedi.
Par. Is pro illo Eunucho ad Thaidem [1] deductus eſt.
Lac. Pro Eunuchon'? *Par.* Sic eſt. hunc pro moecho poſtea
Comprendere intus & conſtrinxere. *Lac.* Occidi.
Par. Audaciam meretricum ſpecta. *Lac.* Nunquid eſt
Aliud mali damnive, quod non dixeris,
Reliquom? *Par.* Tantum eſt. *Lac.* Ceſſon' huc introrumpere [2]?
Par. Non dubium eſt, quin mihi magnum ex hac re ſit malum,
Niſi quia neceſſe fuit hoc facere. id gaudeo,
Propter me hiſce aliquid eſſe eventurum mali:
Nam jam diu aliquam cauſſam quaerebat ſenex,
Quamobrem inſigne aliquid faceret iis: nunc repperit.

VARIANTES LECTIONES

a nam oportuit. *b* An is aſtu venit?
1 ad Thaidem hanc. 2 Ceſſo huc intro inrumpere?

Lac. *Che coſa è ſtata fatta?* Par. *Con ragione*
Ciò mi domandi, narrartela prima
Io dovea. Fu comprato un certo Eunuco
Da Fedria per donarlo a queſta donna.
Lac. *A quale donna?* Par. *A Taide.* Lac. *E comprollo?*
Sono ſpacciato: e quanto? Par. *Venti mine.*
Lac. *Eccomi al verde.* Par. *Ed oltre a tutto queſto*
Cherea s' innamorò d' una fanciulla,
Che ſuona a maraviglia di Liuto.
Lac. *Chi? Come? Egli ama? E che forſe egli ancora*
Aſſaggiato ha i bordelli? o egli è venuto
In Città? Dopo un male eccone un altro.
Par. *Padron, non guardar me, che queſte coſe*
Ei non ha fatte per impluſo mio.
Lac. *Non parlarmi di te. Che io, ſvergognato,*
Ti vo'.... ſe ho vita.... Ma narrami prima
Queſta coſa come è. Par. *Si fè condurre*
Ei dell' Eunuco in cambio a queſta donna.
Lac. *Dell' Eunuco in cambio?* Par. *Così fece.*
Or l' hanno preſo, e l' hanno ben legato
Per adultero. Lac. *Ohimè ſon morto affatto.*
Par. *Guarda, che sfacciatagin di puttane!*
Lac. *In queſto tuo racconto hai detti tutti*
I cancheri, e i malanni? Par. *Non c'è altro.*
Lac. *Che dunque aſpetto, che non entro a forza*
In queſta caſa? Par. *Non è dubbio alcuno,*
Che verrammi qualche aſpra traverſia
Per queſto fatto; ma fu neceſſario
Il dirlo. D' una ſol coſa m' allegro,
Che a coſtoro avverrà per mia cagione
Qualche diſgrazia; perchè egli è del tempo,
Che il vecchio ricercava col fuſcello
La congiontura di poter far loro
Qualche coſa d' inſigne; or l' ha trovata.

Pyt. Nunquam



Pyt. NUnquam aedepol quidquam jam diu, quod magis vellem evenire,
Mi [1] evenit, quam quod modo ſenex intro ad nos venit errans.
Mihi ſolae ridiculo fuit, quae, quid timeret, ſcibam [2].
Par. Quid hoc autem eſt? *Pyt.* Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem.
Sed ubi obſecro eſt? *Par.* Me quaerit haec? *Pyt.* Atque eccum video. adibo.
Par. Quid eſt inepta? quid tibi vis? quid rides? pergin'? *Pyt.* Perii.
Defeſſa jam ſum miſera te ridendo. *Par.* Quid ita? *Pyt.* Rogitas [a]?
Nunquam pol hominem ſtultiorem vidi, nec videbo. ah,
Non pote [b] ſatis narrari [3], quos ludos praebueris intus.

At

VARIANTES LECTIONES

a Rogas? b Non poſſum ſatis narrare.
1 Mihi. 2 ſciebam. 3 Non ſatis poteſt narrari.

Pitia, e Parmenone.

Pit. E*Gli è del tempo certamente aſſai,*
Che non m' avvenne quel, che più bramava,
Che m' avveniſſe; conforme avvenuto
Emmi ora, che quel vecchio è entrato in caſa
Come inſenſato errando dappertutto,
Di che io ſola moriva dalle riſa,
Che ciò ſapeva, di che quei temea.
Par. *Ma ſta; che coſa è queſta?* Pit. *Or' eſco fuora*
Per trovar Parmenone: e dove mai
Ritroverollo? Par. *Me cerca coſtei.*
Pit. *Ma ecco, che io lo veggio, andronne a lui.*
Par. *Che hai pazza? che vuoi tu? di che ſogghi-gni?*
Pit. *Son morta, più non poſſo dalle riſa*
Per tua cagione. Par. *E perchè ciò?* Pit. *Mel chiedi?*
Per dio, non vidi mai uomo più ſciocco
Di te: ne mai vedrollo: oh quanto ſpaſſo
Hai dato a tutte noi là dentro in caſa!

E pure

At etiam primo callidum & diſertum credidi hominem.
[a] *Par*. Quid? *Pyt*. Illicone credere ea, quae dixi, oportuit te?
An poenitebat flagitii, te auctore quod feciſſet
Adoleſcens, ni miſerum inſuper etiam patri indicaris?
Nam quid illi credis animi tum fuiſſe, ubi veſtem vidit
Illam eſſe eum indutum pater? quid [1]? jam ſcis te periiſſe?
Par. Ehem, quid dixti peſſuma? an mentita es? etiam rides?
Itan' lepidum tibi viſum eſt, ſcelus, nos irridere? *Pyt*. Nimium.
Par. Siquidem iſtuc impune habueris? *Pyt*. Verum. *Par*. Reddam hercle. *Pyt*. Credo.
Sed in diem iſtuc, Parmeno, eſt fortaſſe, quod minitare [b].
Tu jam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas
Flagitiis, & eundem indicas: uterque in te exempla edet [c].
Par. Nullus ſum. *Pyt*. Hic pro illo munere tibi honos eſt habitus. abeo.
Par. Egomet meo indicio miſer, quaſi ſorex, hodie perii.

VARIANTES LECTIONES

a *In utroque Codice ſuum ſermonem proſequitur Pythias*. b minare. c edent. *Sic etiam in altero Codice*.
1 quid eſt?

E pure io ti credeva pel paſſ...
Un uomo accorto eſtremamente, e deſtro.
Par. *Per qual motivo?* Pit. *Pezzo d' animale,*
Chi t' inſegna a dar fede così preſto
Alle parole mie? Pareati poco
L' iniquità commeſſa da Cherea
Per tuo conſiglio; ſe l' iſteſſa ancora
Non ridicevi al Padre? Or qual ti penſi,
Che reſtaſſe egli, quando vide il figlio
Veſtito in quel bel modo? Tu ſoſpiri?
Ah vedi ben, che andato ſei in rovina.
Par. O *peſſima, che ſei, e che hai tu detto?*
Mentiſti forſe? e te la ridi ancora?
E ti ſembra così piacevol coſa,
Scelerata, burlarti di noi altri?
Pit. *Affè piacevoliſſima*. Par. *Si certo,*
Se ne doveſſi andar ſenza gaſtigo.
Pit. *Veramente?* Par. *Che si, che te la rendo?*
Pit. *Che no? Ma ſarà forſe, Parmenone,*
La tua vendetta in altro tempo. Intanto
Tu adeſſo patirai, tu, che ti ſtudj
Nobilitare un ſtolto giovanetto
Per via di ſceleragini, e di poi
Lo ſcopri al padre: Or sì, che l'uno, e l'altro
Darantele a miſura di carbone.
Par. *Non ſo, dove io mi ſia*. Pit. *Per quell' onore,*
Che mi uſaſti, ti ſo queſto regalo:
Addio. Par. *Miſero me, che da me ſteſſo,*
E colla voce mia mi ſon tradito,
E rovinato, come accade a' ſorci!

Gn. Quid

Ter. Eun. Fig. XXV.



Gn. QUid nunc? qua ſpe, aut quo conſilio huc imus? quid inceptas [a], Thraſo?
Thr. Egone? ut Thaidi me dedam, & faciam quod jubeat. *Gn.* Quid eſt?
Thr. Qui minus huic, quam Hercules ſervivit Omphale? *Gn.* Exemplum placet.
Utinam tibi commitigari videam ſandalio caput!
Sed quid? fores crepuere ab ea [1]. quid autem hoc eſt mali?
Hunc ego nunquam videram etiam. quidnam properans hinc proſilit?

VARIANTES LECTIONES

[a] coeptas. *Concordant Codices*.
[1] Sed fores crepuerunt ab ea. Perii. quid hoc autem eſt mali?

Gnatone, e Traſone.

Gn. *CHe ſi fa dunque? e con quale ſperanza,*
Con qual conſiglio ſiam qui noi venuti?
Dimmi, Traſon, che vai tu meditando?
Tra. *Io quel, che penſo? Arrendermi, penſo io,*
Alla mia bella, e darmele per vinto;
E farò tutto quel, che mi comandi.
Gn. *E perchè ciò?* Tra. *Vuoi tu, che alla mia Taide*
Io ſerva men di quello, che il grand' Ercole
Volle ſervire all' amatiſſima Onfale?
Gn. *Mi piace queſto eſempio: e ſol vorrei,*
Che ella pur ti batteſſe le pianelle
Sul forte capo. Ma s' apre quell' uſcio.
Ahimè ſon morto! Tra. *E di che tu paventi?*
Ma neppure io coſtui vidi giammai.
E perchè così in fretta, e tanto allegro?

Ch. O Popu-



Ch. **O** Populares, ecquis me vivit hodie fortunatior?
Nemo hercle quiſquam nam in me plane dii poteſtatem ſuam
Omnem oſtendere, cui tam ſubito tot congruerint [1] commoda.
Par. Quid hic laetus eſt? *Ch.* O Parmeno mi, o mearum voluptatum omnium
Inventor, inceptor, perfector, ſcin' me in quibus ſim gaudiis?
Scis Pamphilam meam inventam civem? *Par.* Audivi. *Ch.* Scis ſponſam mihi?
Par. Bene,

VARIANTES LECTIONES

1 contigerunt.

Cherea, Parmenone, Fedria, Gnatone, e Traſone.

Ch. **O** *Popolo d' Atene, evvi tra voi*
Oggi alcun, che di me ſia più felice?
Per dio, non vi è. Perche i celeſti Numi
D' accordo han dimoſtrato il lor potere
In farmi tale; tanti beni, e tanti
In un ſubito m' hanno eſſi conceſſo.
Par. *D' onde tanta allegrezza?* Ch. *O Parmenone,*
O d' ogni mio piacer, d' ogni dolcezza
Principio, mezzo, e fine; in quanto gaudio
Io mi trovi, non ſai? Panfila mia
Si è ſcoperto, come è nata in Atene.
Par. *L' ho udito dire.* Ch. *E ſai, che ella è mia ſpoſa?*
Par. *Così*

NOTAE

Quum nonnulla in Notis huic Comoediae appoſitis de Comoedorum veſtibus attigerimus, operae pretium erit, rem totam cum Socco abſolvere. Ipſis quoque in antiquaria re Tyronibus compertum eſt, adhibitos in Tragoediis fuiſſe Cothurnos, Soccos in Comoediis. Soccos autem Calceamenti genus fuiſſe quoddam humile in modum Crepidae, a qua juxta Pitiſcum non differebant, niſi quod Socci plani & humiles eſſent, ac ſine vinculorum ſolutione exuerentur. Lanei erant, ſeu linei, nec eam pedis partem praetergrediebantur, qua tibiae conjungitur, itaut facili negocio ſuperinduci Solea poſſet, Calceus, vel Cothurnus. Luteos verò fuiſſe, albicanti ſcilicet colore, ſeu dilutiori croceo ſimiles, teſtis eſt Seneca in *Hypol. Act. I.*

Crura diſtincto religavit auro,
Luteo plantas cohibente Socco.

Fateor, me primo Terentianarum Perſonarum intuitu dubium diu, multumque haeſiſſe, quid praeſeferrent ligamina illa, quae

Par. Bene, ita me di ament [1], factum. *Gn.* Audin' tu illum [2], quid ait? *Ch.* Tum autem Phaedriae
Meo fratri, gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo: una eſt domus:
Thais patri ſe commendavit in clientelam & fidem;
Nobis dedit ſe. *Par.* Fratris igitur Thais tota eſt. *Ch.* Scilicet.
Par. Jam hoc aliud eſt, quod gaudeamus: miles pellitur [3] foras.
Ch. Tum tu, frater, ubi ubi eſt [a], fac quamprimum haec audiat. *Par.* Viſam domi [b].
Thr. Nunquid, Gnatho, dubitas, quin ego nunc perpetuo perierim? *Gn.* Sine
Dubio, opinor. *Ch.* Quid commemorem primum, aut quem laudem maxume [c]?
Illumne qui mihi dedit conſilium, ut facerem; an me, qui id auſu' ſim [4]
Incipere? an fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit,
Quae tot res, tantas, tam opportune in unum concluſit diem? an
Mei patris feſtivitatem & felicitatem [5]? o Jupiter
Serva, obſecro, haec nobis bona [d].

VARIANTES LECTIONES

a *Ch.* Tu, frater, ubi ubi eſt, fac. *b* domum. *Concordant Codices*.
c aut laudem maxume? *prout in altero quoque Codice*. *d* haec bona nobis.

1 di bene ament. 2 *Thr.* Audin' tu hic quid ait? 3 pelletur.
4 qui auſus ſim incipere? 5 facilitatem.

Par. *Così m' amin gli dei, come io ne godo.*
Gn. *Odi tu quello, che colui racconta?*
Ch. *E mi rallegro ancor con mio fratello,*
Che abbia tutto il ſuo amor meſſo in ſicuro.
Si è fatta una ſol caſa, al Padre mio
Taide raccomandoſſi, e ſi diè tutta
Alla fè noſtra, al noſtro patrocinio.
Par. *Sicchè tutta di Fedria or è la Taide?*
Ch. *Senza dubbio.* Par. *Or abbiamo altro motivo*
Di piacer, che il Soldato averà l' ambio.
Ch. *Or tu fa, che il fratello ſappia preſto,*
Ovunque egli ſi trovi, queſte nuove.
Par. *Anderò prima a ricercarlo in caſa.*
Tra. *Gnatone, puoi tu punto dubitare*
Or, che io non ſia per ſempre rovinato?
Gn. *E come dubitarne?* Ch. *Ora qual io*
Loderò ſommamente in primo luogo?
Quel, che mi diè conſiglio alla dolce opra,
O me, che ebbi coraggio d' accettarla,
E principiarla? O darò lodi ſomme
Alla fortuna, che guidò l' impreſa;
E in un ſol giorno tante coſe, e tante,
E così a tempo riſerrar poteo?
O del facile mio benigno Padre
Loderò la natura? O ſommo Giove,
Mantienci queſto cumulo di beni.

NOTAE

quae ad medium uſque crus pertingunt, nodoque quodam conſtricta apparent: nam illa minimè rebar Socci humilitati convenire. Dubium verò, haerentemque recreavit relatum Senecae teſtimonium; ex quo conjicitur, aptata aliquando Soccis fuiſſe vincula. Sic quoque Manilius V. 519.

Et pedibus niveis fulſerunt aurea vincla.

In Tabula quoque a Balduino relata pag. 159., de qua ſupra mentionem fecimus, Comici ſex cum Soccis apparent, qui uſque ad cruris medietatem hujuſmodi ornantur vinculis. *Obſtrigilla*, *Obſtragula*, *Periſcelides*, & *Compedes* nuncupabantur, quaſi Tibias, & aliquando etiam crus cum pede conjungerent.

At non Soccos tantum, quinimmò militares quoque Caligas, & Calceos in Septimii Severi, & Conſtantini Arcubus, atque in Columnis Antonino, & Trajano dicatis, retinaculis hujuſmodi ornatos cernimus, & Soleas quoque, Crepidas, & Sandalia paſſim in quamplurimis antiquis Monumentis.

Haec itaque ligamina aurea erant, vel argentea, vel ſerica, vel ex lino, lana, corio, prout cujuſque conditio ferebat; circuli ad inſtar, anulique efformabantur, & a pede per tibiam quum aſcenderent, aliquando medium quaſi crus tegebant, faeminarum praeſertim, quae pro ingenii inconſtantia nova ſemper quaerentes ornamenta, aliquando Uniones Soccis addidere, teſte Plinio Lib. IX. cap. XXXIV. *Quin & pedibus, nec Crepidarum tantum obſtragulis, ſed totis Socculis addi*: mox aurum ipſum faſtidientes argenteis compedibus uti maluernnt. Idem Plinius Lib. XXXIII. cap. III. *Etiamne pedibus induitur, atque inter Stolam, plebemque hunc medium faeminarum equeſtrem ordinem facit?* Et cap. XII. *Argentum ſuccedit aeri aliquando & auro, luxu faeminarum plebis compedes ſibi ex eo facientium.*

Phae. Dii



Phae. Dii voſtram fidem; incredibilia
Parmeno modo quae narravit! ſed ubi eſt frater? *Ch.* Praeſto eſt.
Phae. Gaudeo.
Ch. Satis credo. nihil eſt Thaide hac, frater, tua dignius,
Quod ametur, ita noſtrae eſt omni fautrix familiae. *Phae.* Hui, mihi
Illam laudas? *Thr.* Perii, quanto ſpei eſt minu', tanto magis amo.
Obſecro, Gnatho; in te ſpes eſt. *Gn.* Quid vis faciam? *Thr.* Perfice hoc
Precibus, pretio, ut haeream aliqua in parte tamen apud Thaidem.
Gn. Diffi-

Fedria, Cherea, Traſone, e Gnatone.

Fed. *O Sommi dei, che coſe ſtravaganti*
M'ha detto or Parmenon! Ov'è il fratello?
Ch. *Eccomi.* Fed. *Io godo.* Ch. *Ed io tel credo; certo*
Non v' è di queſta Taide veruna
Coſa più degna d' eſſere adorata;
Così di cuore ella ama tutti noi.
Fed. *Caſpita a me tu vuoi lodar colei?*
Tra. *Ahimè ſon morto; perchè quanto meno*
Ho di ſpeme, quel più creſco in amore.
Gnaton, te prego, in te ſolo confido.
Gn. *Farò quel, che tu vuoi.* Tra. *Uſa preghiere;*
Prometti argento, fa quanto tu puoi,
Purchè io rimanga in un qualche cantuccio
Della

NOTAE

Heinſius Scenam ad Comoediae finem ſine interruptione ulla proſequitur; eam tamen quamplurimis in editionibus hic loci in duas dividi animadvertimus: quod non imprudenter factum videtur. Quum enim Parmeno è Theatro domum diverterit, Phaedriam quaeſiturus, ut laetitiae, qua geſtit Chaerea, particeps ſit; adveniente Phaedria novus in Scenam Actor inducitur: quae potiſſimum res ſuadet, aliquam fieri oportere diviſionem. Neque vero hoc nos a propoſito removiſſet heinſianam diviſionem ſequendi, niſi magis urgens ratio acceſſiſſet. Vaticanum Codicem n. 3868. iterum inſpeximus, Tabulamque hic loci ab illo referri animadvertimus quatuor Perſonas exhibentem, Chaeream nempe, Thraſonem, Gnathonem, Phaedriamque, qui Theatrum ingreditur. In Codice etiam, qui aſſervatur in Archivo Capituli Baſilicae Vaticanae, eadem fit partitio, locuſque eiſdem Perſonis effingendis aptus viſitur, quas fortaſſe delineatas delevit inimica manus; quod alibi ex manifeſtis liturae veſtigiis apparet. Nequid igitur noſtra in editione deſideretur, quoad hujuſce generis ornamenta, quae laudatum Codicem exornant, Scenam hic dividendam eſſe duximus, eamdemque Tabulam referendam.

Gn. Difficile eſt. *Thr.* Si quid conlibuit, novi te. hoc ſi effeceris,
Quodvis donum, praemium a me optato, id optatum feres.
Gn. Ita ne? *Thr.* Sic erit. *Gn.* Hoc ſi efficio, poſtulo, ut tua mihi domus [a]
Te praeſente, abſente, pateat, invocato ut ſit locus
Semper. *Thr.* Do fidem ita futurum [b]. *Gn.* Accingar. *Phae.* Quem hic ego audio?
O Thraſo! *Thr.* Salvete. *Phae.* Tu fortaſſe facta quae hic fient
Neſcis. *Thr.* Scio. *Phae.* Cur te ergo in his [c] ego conſpicor [1] regionibus.
Thr. Vobis fretus. *Phae.* Scis quam fretus? Miles edico tibi,
Si in platea hac te offendero poſt unquam, nihil eſt, quod dicas mihi,
Alium quaerebam, iter hac habui: periiſti. *Gn.* Eja, haud ſic decet.
Phae. Dictum eſt. *Gn.* Non cognoſco voſtrum tam ſuperbum. *Phae.* Sic erit.
Gn. Prius audite; paucis quod cum dixero, ſi placuerit,
Facitote. *Phae.* Audiamus. *Gn.* Tu concede paulum iſtuc, Thraſo.
Principio ego, vos ambo [2] credere hoc mihi, vehementer velim [3],
Me, hujus quidquid faciam, id facere maxume cauſſa mea.
Verum idem ſi vobis prodeſt, vos non facere, inſcitia eſt.
Phae. Quid id eſt? *Gn.* Militem ego rivalem recipiendum cenſeo. *Phae.* Hem!
Recipiendum! *Gn.* Cogita modo. tu hercle cum illa, Phaedria,
Et libenter vives [4], etenim bene libenter victitas;

Et quod

VARIANTES LECTIONES.

a *Gn.* Si efficio hoc, poſtulo, ut mihi tua domus &c. *b* Do fidem futurum. *Concordat cum altero Codice.*
c Cur ergo in his ego conſpicor.

1 conſpicio. 2 ambos. 3 volo. 4 vivis.

Della caſa di Taide. Gn. *E' difficile.*
Tra. *Baſta, che tu lo voglia. Io ti conoſco.*
Se ciò m' impetrerai, domanda pure,
Che avrai ciò, che tu vuoi. Gn. *Dì ciò ſul ſerio?*
Tra. *Lo dico.* Gn. *Or, ſe io farollo, la tua caſa*
Domando, che mi ſia per ſempre aperta,
O tu ſtia in Atene, o non ci ſtia;
E che poſſa io, ancorchè non chiamato,
Sempre venir, quando parrammi a cena.
Tra. *Te lo prometto.* Gn. *Or io m' accingo all' opra.*
Fed. *Qual voce aſcolto! oh tu ſei qui, Traſone?*
Tra. *Salute a tutti.* Fed. *Forſe tu non ſai*
Tutto ciò, che n' avvenne. Tra. *Il ſo pur troppo.*
Fed. *Or ſe tu il ſai, perchè in queſti contorni*
Ti laſci rivedere? Tra. *Alla voſtra ombra.*
Fed. *Che ombra, e non ombra? Sai ciò, che ti dico?*
Se in avvenir mai più ritroverotti
Per queſta piazza; abbiati pur per morto:
E non occorre dir, ci ſon paſſato
Per vedere un amico. Gn. *Oh, non conviene*
Certo trattare in queſto modo. Fed. *Ho detto.*
Gn. *Di voſtra gente alcun tanto ſuperbo*
Da far queſto non veggio. Fed. *E' ben ſaravvi.*
Gn. *Udite pria da me quattro parole,*
E poi farete quel, che più vi piace.
Fed. *Udiamoti.* Gn. *Traſon, fatti da parte.*
In primo luogo io bramo, che ambidue
Mi diate piena fede, ed è che ſiate
Perſuaſi, che tutto quel, che io faccio
Per queſto, io lo fo ſol per mio vantaggio.
Or ſe di lui poteſte approfittarvi,
Non farlo, ella ſarebbe ſtorditaggine.
Fed. *Che mi dì tu?* Gn. *Sono io di ſentimento,*
Che ricettar tu debba il tuo rivale.
Fed. *Eh, ricettarlo!* Gn. *Rifletteci bene.*
Per dio già tu con lei, Fedria, convivi
Aſſai ſignorilmente, che ambidue
Mangiate bene, e volete del buono;

E tu

Et quod des paulum [1], & neceſſe eſt multum accipere Thaidem.
Ut tuo amori ſuppeditare poſſit ſine ſumptu tuo, ad
Omnia haec magis opportunus, nec magis ex uſu tuo
Nemo eſt. principio & habet quod det, & dat nemo largius.
Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctesque & dies [a]:
Neque tu iſtum metuas ne amet mulier: pellas facile, ubi velis.
Phae. Quid agimus? *Gn.* Praeterea hoc etiam, quod ego vel primum puto;
Accipit homo nemo melius prorſus, neque prolixius.
Phae. Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus eſt. *Ch.* Idem arbitror [2].
Gn. Recte facitis. unum etiam hoc vos oro [3], ut me in veſtrum gregem
Recipiatis. ſatis diu hoc jam ſaxum volvo [b]. *Phae.* Recipimus.
Ch. Ac libenter. *Gn.* At ego pro iſtoc, Phaedria, & tu Chaerea,
Hunc comedendum, & deridendum vobis praebeo [4]. *Ch.* Placet.
Phae. Dignus eſt. *Gn.* Thraſo, ubi vis, accede. *Thr.* Obſecro te, quid agimus?
Gn. Quid? iſti te ignorabant. poſtquam eis mores oſtendi tuos,
Et collaudavi ſecundum facta & virtutes tuas,
Impetravi. *Thr.* Bene feciſti. gratiam habeo maxumam.
Nunquam etiam fui uſquam, quin me omnes amarent plurimum.
Gn. Dixin' ego vobis, in hoc eſſe Atticam elegantiam [5]?
Phae. Nil praeter promiſſum eſt. ite hac. vos valete, & plaudite.

VARIANTES LECTIONES

a Noctes & dies. — Neque iſtum, metuas, ne amet mulier. Facile pellas, ubi velis. b verſo. *Concordant Codices.*
1 paululum eſt. 2 Idem ego arbitror. 3 unum etiam vos oro. 4 propinabo. 5 eloquentiam.

E tu hai poco, che darle; e le puttane
Voglion molto, che ſono come il mare.
Ora dunque, ſe vuoi ſenza tua ſpeſa
Mantener l' amor tuo, non vi è perſona
A tutte queſte coſe più opportuna,
E più al caſo di lui: inoltre è ſciocco,
Melenſo, ottuſo, e dorme giorno, e notte,
Ruſſando come un porco, e geloſia
Però di lui non averai giammai,
E avendola, potrai cacciarlo al diavolo.
Fed. *Che dunque farem noi?* Gn. *Vo' di più dirti*
Quello, che certamente è il principale:
Non vi è di lui chi tratti meglio a menſa.
Fed. *Ricettiamolo dunque ad ogni patto.*
Ch. *Così mi penſo anch' io.* Gn. *Fate beniſſimo.*
Vi prego ſolo, che io pur reſti incluſo
Infra voi altri: è del tempo aſſai,
Che io ſtava rivoltando queſto ſaſſo.
Fed. *Ti riceviamo.* Ch. *E ancor di buona voglia.*
Gn. *Ed io per queſto a voi, Fedria, e Cherea,*
Fin d' ora mi conſacro per Buffone.
Fed. *Mi piace.* Ch. *Ne ſei degno.* Gn. *Or tu, Traſone,.*
Accoſtati. Tra. *Tra voi, che ſi è concluſo?*
Gn. *Che ſi è concluſo! ſconoſciuto affatto*
Tu eri a queſti giovani; ma dopo
Che io loro dimoſtrai li tuoi coſtumi,
Ed io, ſecondo i fatti illuſtri,
E l' alte virtù tue, tutto impetrai.
Tra. *Faceſti ben, te ne ringrazio molto.*
Affè, che io mai non fui in parte alcuna,
Ove non fuſſi grandemente amato.
Gn. *Non ve l' ho detto ſempre, che in coſtui*
Ha la ſua ſede l' attica eleganza?
Fed. *Certo, ch' egli l' ha tutta. Or voi n' andate*
Di qua. Voi ſtate ſani; e fate plauſo.

Fine dell' Eunuco.

P. TEREN

P. TERENTII
HEAUTONTIMORUMENOS.

ACTA . LVDIS . MEGALENSIBVS
L. CORNELIO . LENTVLO . L. VALERIO FLACCO
AEDILIBVS . CVRVLIBVS
EGIT [1] . AMBIVIVS . TVRPIO *
MODOS . FECIT . FLACCVS . CLAVDI
GRAECA . EST . MENANDRV
ACTA . PRIMVM . TIBIIS . IMPARIBVS
DEINDE . DVABVS . DEXTRIS
ACTA . ETIAM . III. **
T. SEMPRONIO . M. JVVENTIO [a] . COSS.

VARIANTES LECTIONES

a T. SEMPRONIO . GN. CORNELIO.

1 EGERE L. AMBIVIVS TVRPIO L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. ACTA PRIMVM TIBIIS IMPARIBVS: DEINDE DVABVS DEXTRIS. CRAECA EST MENANDRI. ACTA III. M. JVNIO. T. SEMPRONIO COSS.

* Facile aſſentior Annae Daceriae putanti, haud ita hic Ambivium, Atiliumque indicari, quaſi ſoli totam egerint Comoediam: Secus enim factum eſſe oſtendunt quatuor, & quinque Actores illi, qui aliquando in Theatrum inducuntur. Reor itaque, Ambivium, Atiliumque ſuorum ductores fuiſſe gregalium, qui fortaſſe Collegii ſpeciem componebant. Hujuſmodi enim Collegia Romae fuiſſe, plurima teſtantur antiqua Monumenta, ac praeſertim de Tibicinum, Fidicinumque coetu ſequens in Muſaeo Capitolino Inſcriptio:

COLLEGIO TIBICINVM
ET FIDICINVM ROMANORVM
QVI S P P S
TI IVLIVS TYRANNVS
IMMVNIS PERPETVVS ET
. . . VLIVS TYRANNVS F
H C D D
. . . DEDICATVM K MART
. . . RSO SERVIANO L FABIO IVST COS

** Putant nonnulli, hanc Comoediam diviſim actam fuiſſe, itaut una die Primus, & Secundus, altera autem caeteri Actus in theatrum inducti ſint. Quis tamen ſanae mentis hoc ſibi ſuadeat; quum praeſertim praeter morem eſſe appareat, nec ulla ſatis apta afferatur ratio hujuſce faciendae diviſionis? Licet enim interturbata non ſemel Hecyrae actio fuerit ipſo querente Terentio in Prologo; quum tamen relata eſt aequo per ſilentium favente populo, ad finem uſque actam fuiſſe novimus. Opinor itaque tertio hanc actam eſſe Fabulam. I. ſcilicet L. Cornelio Lentulo L. Valerio Flacco Aedilibus curulibus; II. fortaſſe Cn. Cornelio Coſ., quod indicat Vaticanus Codex; (ſi tamen quis per ea tempora ex Cornelia Familia Conſul cum T. Sempronio fuit: quum Cn. Cornelius Dolabella Conſul legatur cum M. Fulvio Nobiliore anno DXCV.); III. T. Sempronio M. Juvencio Coſs., qui juxta Petavium in *Rat. Temp.* Conſulatum geſſere anno ab U. C. DXCI. ante C. N. CLXIII.

PERSONAE.	PERSONAGGI.
PROLOGUS.	PROLOGO.
CHREMES Senex.	CREMETE Vecchio.
MENEDEMUS Senex.	MENEDEMO Vecchio.
CLITIPHO Adoleſcens.	CLITIFONE Giovanetto.
CLINIA Adoleſcens.	CLINIA Giovanetto.
SYRUS Servus.	SIRO Servo.
DROMO Servus.	DROMO Servo.
SOSTRATA Matrona.	SOSTRATA Matrona.
PHRYGIA Ancilla.	FRIGIA Cameriera.
BACCHIS Meretrix.	BACCHIDE Meretrice.
ANTIPHILA Chremetis filia.	ANTIFILA figlia di Cremete.
NUTRIX.	NUTRICE.
Perſonae mutae,	*Perſonaggi, che non parlano*.
PHANOCRATES Senex.	FANOCRATE Vecchio.
ARCHONIDES Senex.	ARCONIDE Vecchio.

EXPO-

EXPOSITIO NOMINUM

INTERLOQUUTORUM, ET PERSONARUM.

CHREMES Senex.

MENEDEMUS: ἤ τοι τὸ τῦ δήμυ μένος, ἢ μένων παρὰ τῷ δήμῳ, vel robur populi, vel apud populum manens.

CLITIPHO Adoleſcens κλειτὸν φῶς clara lux.

CLINIA Adoleſcens παρὰ τὸ κλεινὸν a celebritate.

SYRUS Servus, nomen gentile.

DROMO. Servus ἀπὸ τῦ δρόμου.

SOSTRATA Matrona τὸν ϛρατὸν σώζυσα a ſalute copiarum, faemininum de maſculino factum.

PHRYGIA Ancilla, gentile nomen.

BACCHIS Meretrix ἀπὸ τῦ βάκχος.

ANTIPHILA. Amaſia, redamans.

NUTRIX.

ARGUMENTUM
C. SULPICIO APOLLINARI[a]
AUCTORE.

IN militiam proficiſci gnatum Cliniam
Amantem Antiphilam, compulit durus pater;
Animique ſeſe angebat, facti poenitens.
Mox ut revorſu' eſt [b], clam patrem divortitur [c]
Ad Clitiphonem. Is amabat ſcortum Bacchidem.
Cum accerſeret cupitam Antiphilam Clinia,
Ut [d] ejus Bacchis venit amica, ac ſervolae
Habitum gerens Antiphila; factum [1] id, quo [e] patrem
Suum celaret Clitipho. his [f] technis Syri
Decem minas meretriculae [g] aufert a ſene:
Antiphila Clitiphonis reperitur ſoror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.

VARIANTES LECTIONES

a Sulpicii Apollinaris Periocha. *b* reverſus eſt. *c* patre devortitur.
d Et. *e* quod. *f* hic. *g* meretricula.

1 fictum.

ARGOMENTO.

SPinto alla guerra fu il Giovane Clinia
Dal duro Padre, allora che d' Antifila
Egli era amante. Di che poi pentitoſi
Si affliſſe il Vecchio sì, che diede in ſmanie:
Ma di naſcoſo quei tornato in patria
A Clitifone ſi portò di ſubito
Suo caro Amico amante della Bacchide;
Il qual mentre a cercar manda d' Antifila,
Vien la Bacchide ancor. Queſta, onde aſcondaſi
Al Genitor di Clitifone, fingono,
Che ſia di Clinia la diletta femina:
Quindi naſcon le frodi, e le triſtizie
Tante di Siro, per pagar la Bacchide.
Sorella a Clitifon ſi trova Antifila,
E Clitifon con altra donna ammogliaſi.

La Scena ſi rappreſenta nella campagna di Atene.

Ter. Heaut




 Fig. 1ª

PROLOGUS



* 
NE cui ſit voſtrum mirum, cur parteis ſeni
Poeta dederit, quae ſunt adoleſcentium:
Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar.
Ex integra Graeca integram Comoediam
Hodie ſum acturus Heautontimorumenon,
Duplex quae ex argumento facta eſt ſimplici.
Novam eſſe oſtendi, & quae eſſet. nunc qui ſcripſerit,

Et

ACciocchè non vi ſia, chi ſi ſtupiſca,
Perchè date il Poeta abbia ad un Vecchio
Le parti, che dovute a' Giovan ſono;
Io ciò vi dirò prima: e poi dirovvi,
Perchè qui venni. Una Comedia intera
Da un' altra intera Greca, che s' intitola
L' uom di ſe ſteſſo punitore, io voglio
Recitare oggi. Fatta doppia è queſta,
Come vedrete, d' argomento ſemplice.
V' ho moſtrato eſſer nuova, e qual ſi nomini.

Or

N O T AE

* Quum in Matthaejano Sarcophago, & aliis, quos ſupra recenſui, haec Muſa ita vel aevo conſumta ſit, vel negligentia foſſorum corrupta, ut ex Cithara tantum, & Columella dignoſci queat; ectypon illius, quae in Aedibus Burgheſianis extra Portam Flaminiam adſervatur, efformari ſategimus. Mirabile profecto opus, ac pene divinum, quod magnificentiſſimus vir Scipio Cardinalis Burgheſius eas in aedes intulit, ut ab aeris inclementia aliquo pacto liberaret. Muſa itaque capite laureato, ſiniſtra manu Citharam Columellae impoſitam tenet, dexteraque inſtrumentum quoddam, quod malleolumne dicam, an plectrum neſcio: Melpomene eſſe videtur, de qua Horatius *Lib. I. Carm. Ode XXIV.*

Praecipe lugubres
Melpomene cantus, cui liquidam pater
Vocem cum Cithara dedit.

Et in Epigrammate graeco, quod Havercampus refert in *Comment. ad Theſaurum Morellianum*:

Melpomene hominibus mellitam Barbiton adtulit.

Columellam otii, ac tranquillitatis ſymbolum eſſe, omnes norunt; & ea potiſſimum de cauſſa Muſas columnae innixas effingi, quod Poetas ſtabili frui opus ſit tranquillitate juxta Ovidium

Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quaerunt.

Citharam eam eſſe, intuenti apparet: neque enim iis aſſentior, qui Lyram, Citharamque ad unum idemque ſignificandum inſtrumentum

Et cuja Graeca ſit, ni partem maxumam
Exiſtimarem ſcire voſtrum, id dicerem.
Nunc, quam ob rem has parteis didicerim, paucis dabo.
Oratorem voluit eſſe me, non Prologum;
Veſtrum judicium fecit: me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit a facundia,
Quantum ille potuit cogitare commode,
Qui rationem [1] hanc ſcripſit, quam dicturu' ſum.
Nam quod rumores diſtulerunt malevoli,
Multas contaminaſſe graecas, dum facit
Paucas latinas; factum hic eſſe [2] id non negat,
Neque ſe id pigere [a], & deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum, quo exemplo ſibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum quod malevolus vetus poeta dictitat,
Repente ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum,
Amicum ingenio fretum, haud natura ſua;
Arbitrium voſtrum, voſtra exiſtimatio
Valebit.

VARIANTES LECTIONES

a Neque ſe pigere.

1 orationem. 2 Id eſſe factum, hic non negat.

Or chi latina, e chi greca la fece,
Se gran parte di voi non lo ſapeſſe,
Come di certo il ſa, ben vel direi.
Ora dirovvi in breve la cagione,
Perchè preſo io mi ſia un tale uffizio
Forſe non proprio. Stimò meglio aſſai
Farmi il Poeta ſuo Orator non Prologo;
Ed ha voluto, che voi ſiate Giudici;
E diemmi a recitar la ſua Comedia,
Come farò. Ma queſto recitarne
Tanto varrà per forza d'eloquenza,
Quanto ch' ebbe a penſar comodo, e tempo
Quegli, che ſcriſſe queſte iſteſſe coſe,
Le quali ora dirovvi. I ſuoi malevoli
Divulgato hanno in queſta parte, e in quella,
Che il Poeta guaſtate abbia parecchie
Comedie greche, mentre di eſſe fanne
Poche latine. Egli non nega il fatto,
E non gl' increſce, e in avvenir farallo,
Che ha l' eſempio de' buoni: e queſto eſempio
L' anima a fare ciò, che fecer quelli.
Intorno poi a quel, che il vecchio rancido
Suo nemico Poeta a ciaſcun dice,
Ch' e' ſi diè d' improvviſo all' arte comica
Non affidato nella ſua natura,
Ma ſopra amici d' elevato ingegno;
Giudichi ogn' un di voi, come gli piace.
Ma ſol ſiate contenti, che io vi preghi
A far

NOTAE

mentum promiſcuè uſurpant. Porrò Lyram utraque ex parte apertam fuiſſe, quamplurimae Apollinis Statuae docent, Lyrarumque quamplurium exempla ex antiquis Monumentis a Sancte Bartolo delineata, quae in Vaticana Bibliotheca adſervantur. Cithara verò teſtudinis formam praefefert, cujuſmodi ea eſt, quam noſtra tenet Muſa: teſtudinemque pro Cithara non rarò uſurpatam legimus apud antiquos Scriptores, & praeſertim Poetas, quos inter Virgilius Georg. Lib. IV.

Ipſe cava ſolans aegrum Teſtudine amorem.

Si itaque Malleolus ille eſt, qui taxillos cohibet, ut chordae intendantur, vel remittantur ad ſonum temperandum, Melpomenen dixero; ſi Plectrum, Polyhimniam, cui harmonia tribuitur in laudato graeco Epigrammate:

Harmoniam cunctis Polyhimnia cantibus addit.

Valebit. Quam ob rem omnes vos [a] oratos volo,
Ne plus iniquum poſſit quam aequum oratio.
Facite, aequi ſitis. date creſcendi copiam,
Novarum qui ſpectandi faciunt copiam
Sine vitiis: ne ille pro ſe dictum exiſtumet,
Qui nuper fecit ſervo currenti in via
Deceſſe populum. cur inſano ſerviat?
De illius peccatis plura dicet, quum dabit
Alias novas, niſi finem maledictis facit.
Adeſte aequo animo: date poteſtatem mihi,
Statariam agere ut liceat per ſilentium:
Ne ſemper ſervos currens, iratus ſenex,
Edax paraſitus, ſycophanta autem impudens,
Avarus leno, aſſidue agendi ſint mihi
Clamore ſummo, cum labore maxumo.
Mea cauſſa, cauſſam hanc juſtam eſſe, animum inducite,
Ut aliqua pars laboris minuatur mihi.
Nam nunc novas qui ſcribunt, nihil parcunt ſeni:
Laborioſa ſi qua eſt [b], ad me curritur:
Si levis, eſt [c], ad alium mox defertur gregem.
In hac eſt pura oratio. Experimini,

In


VARIANTES LECTIONES

a Quare omnes vos. *Et ſic etiam legitur in altero Codice.* *b* Si quae laborioſa eſt. *Concordantque Codices.* *c* Si lenis eſt. *In utroque Codice.*

A far sì, che non abbia maggior forza
Il parlar degl' iniqui, che de' buoni.
Siate giuſti, e col plauſo incoraggiate,
Acciò facciano ogn' or Comedie nuove
Coloro, che poi ſchiette, e ſenza vizj
Le fan rappreſentar ſopra i Teatri.
Ne ciò colui per ſe credaſi detto,
Che ultimamente a un ſervo, che correa
Fece far ala, e dargli luogo al popolo;
Ne ſo veder, perchè debba ad un ſtolto
Il popolo ſervir. Ma de' ſuoi falli
Allora ei più dirà, quando altre nuove
Faranne, ſe al dir male ei non pon fine.
Aſſiſtetemi dunque in corteſia
Con giuſta mente, ed animo benigno:
E mercè voſtra ſia, ch' io poſſa omai,
Far recitare queſta mia Comedia,
Ch' è di natura ſua placida, e cheta,
Con gran ſilenzio dal principio al fine.
Perchè io non poſſo più con ſomme ſtrida,
E con ſomma fatica indurre in ſcena
Servo, che corra, e vecchio, che ſi adiri;
Paraſito, che mangi, anzi divori;
Un maligno sfrontato, ed un avaro,
Che per creſcer denar traffichi amori.
Onde in riguardo all' età mia ſenile
Sia baſtante cagion queſta appo voi
Di toglier parte a me della fatica,
Per fare, che accettiate le mie ſuppliche:
Perchè oggi giorno quelli, che compongono
Comedie nuove, alcun riguardo affatto
Non hanno al Vecchio; e là dov' è fatica,
Io ſon chiamato; e ſe al contrario alcuna
Evvene mite, ad altri Attori portaſi.

In utramque partem ingenium quid poſſit meum.
Si nunquam avare pretium ſtatui arti meae,
Et eum eſſe quaeſtum in animum induxi maxumum,
Quam maxume ſervire voſtris commodis;
Exemplum ſtatuite in me, ut adoleſcentuli
Vobis placere ſtudeant potius, quam ſibi.

In queſta aſcoltarete un dire ſchietto.
Or fate dunque prova del mio ingegno
Di ciò, ch' ei poſſa in una parte, e l' altra.
Se mai gran prezzo all' arte mia non poſi,
E credetti eſſer mio ſommo guadagno
Il ſervir grandemente a' voſtri comodi;
Sia voſtro peſo il far, ch' io ſia d' eſempio
A' giovani, perchè vie più s' induſtrino
Di piacere a voi altri, che a ſe ſteſſi.



P. TERENTII
HEAUTONTIMORUMENOS.



Actus I. Scena I.

* *Chr.*  Uanquam haec inter nos nupera notitia admodum eſt,
Inde adeo quod agrum in proxumo hic mercatus es,
Nec rei fere ſane amplius quidquam fuit;
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
Quod ego in propinqua parte amicitiae puto,
Facit, ut te audacter moneam, & familiariter,
Quod mihi videre praeter aetatem tuam

Face-

Cremete, e Menedemo.

Crem. A *Ncorchè poco ſia, che io ti conoſca,*
E ſol buona mercè di queſto campo,
Che tu hai comprato, il qual confina meco,
Nè prima di tal compra unqua ti vidi;
La tua virtude, e queſta vicinanza,
Che proſſima cagione è d' amicizia,
Fa, che nulladimeno arditamente,
E con domeſtichezza io t' avvertiſca,
Che tu laſci di far quello, che fai:

Poichè

NOTAE

* Uraniam hic exhiberi, cui aſtronomicae tribuuntur diſciplinae, ipſe, quem ſiniſtra manu tenet, Globus oſtendit, juxta illud in Epigrammate graeco *Anthol. Lib. I.*, quod refertur ab Havercampo: *Uranie coeli motus, atque aſtra notavit.*

Deeſt Radius, quem dextera tenere ſolet manu in Pomponiae Familiae numiſmatibus apud Morellium, quia brachii pars & manus deficit in noſtro Sarcophago, defectumque ſuppletum minimè fuiſſe vehementer gaudeo.

Facere, & praeter quam res te adhortatur tua.
Nam, pro deum atque hominum fidem! quid vis tibi?
Quid quaeris? annos ſexaginta natus es,
Aut plus eo, ut conjicio. agrum in his regionibus
Meliorem, neque pretii majoris nemo habet.
Servos complureis. proinde quaſi nemo ſiet,
Ita tute attente [1] illorum officia fungere.
Nunquam tam mane egredior, neque tam veſpere
Domum revertor, quin te in fundo conſpicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique.
Nullum remittis tempus, neque te reſpicis.
Haec non voluptati tibi eſſe, ſatis certo ſcio.
* At enim me [2], quantum hic operis fiat, poenitet.
Quod in opere faciundo operae conſumis tuae,
Si ſumas in illis exercendis, plus agas.
Men. Chreme, tantumne ab re tua eſt otii tibi,

Aliena

VARIANTES LECTIONES

1 Ita adtente tute. 2 At dices enim.

Poichè ne l'età tua, ne il tuo intereſſe
Lo vuole, e lo comporta. E vaglia il vero
Per la fede degli uomini, e de' dei,
Che penſi in così fare, e che pretendi?
Tu ſei un' uomo omai di ſeſſant' anni,
E forſe anche di più, ſe ben m' avviſo;
Ed il più bel Podere, e 'l più ferace
Poſſiedi in queſte parti, e che più vaglia.
Inoltre hai molti ſervi; e nondimeno
Quaſi neſſun tu n' abbi, i loro ufizj
Da per te ſteſſo attentamente adempi:
Imperocchè non mai sì di buon' ora
Eſco di caſa, o vi torno sì tardi,
Che io non ti veggia per entro il Podere
O maneggiar la zappa, ovver l' aratro,
O portar qualche coſa in ſulle ſpalle:
In ſomma tu non prendi unqua un po' d' ozio,
Ne t' hai riguardo alcuno. Or queſte coſe
So molto ben, che per piacer non fai:
Ma forſe mi dirai, che ti par poco,
Quanto qui fanno gli altri. Ma in tal caſo,
Se quel tempo, che perdi nel lavoro,
Tu conſumaſſi in preſedere all' opere,
Vie più fareſti, e ſudereſti meno.
Men. *Cremete, tanto dalle tue faccende*
Ozio t' avvanza, che a' negozj altrui

Tu

N O T AE

* Edidici ex Anna Daceria, ortam olim inter eruditos adprimè nonnullos viros contentionem fuiſſe de loco, in quo Menedemo Chremes ſuo redeunti ex agro obvius fuerit, miratuſque vehementer ſum: colloqui ſiquidem eos in agro extra Athenas, immo propè campeſtrem domum, quam uterque habebat, ipſorum ſermo demonſtrat. Chremes enim quum minus patiens laboris eſſet, vinoque potius indulgeret, parum laboris *in agro* fieri non diffitetur ver. 20.

At enim me, quantum hic operis fiat, poenitet.

Menedemus quoque agrum a ſe emptum ver. 90. deſignat:

Agrum hunc mercatus ſum, hic me exerceo.

Denique poſtremi Scenae verſus a Chremete prolati patefaciunt, ſermonem eſſe in vicinia domus ipſ[illegible] hremetis.

Ibo, viſav[illegible] ſi domi eſt.
Nil opus fuit monitore: jamdu[illegible]m domi
Praeſto apud me eſt, ajunt: egomet convivas moror.
Ibo adeo hinc intro. Sed quid crepuerunt fores?

Idipſum confirmat Tabula huic Scenae praefixa ex ſaepius laudato Codice Vaticano, in qua ager exhibetur: quamvis artifex marte ſuo, nec ſatis congruè aratrum, frumentique manipulum in eo poſuit. Hoc quum conſtans apud me ſit, integram Comoediae hujus actionem ipſo in agro referri opinor, ne violatas a Terentio comicae artis leges ſuſpicari velimus, quae actionis locum mutari minimè ferunt.

Aliena ut cures, eaque nihil, quae ad te attinent?
Chr. Homo ſum: humani nihil a me alienum puto.
Vel me monere hoc, vel percontari puta;
Rectum eſt, ego ut faciam: non, ut deterream [1].
Men. Mihi ſic eſt uſus: tibi ut opus eſt facto, face.
Chr. An quoiquam eſt uſus homini, ſe ut cruciet [2]? *Men.* Mihi.
Chr. Si quid laboris eſt, nollem: ſed iſtud quid mali eſt?
Quaeſo, quid de te tantum meruiſti? *Men.* Heu, hoi.
Chr. Ne lacruma, atque iſtuc, quidquid eſt, fac me ut ſciam:
Ne retice: ne verere: crede, inquam, mihi;
Aut conſolando, aut conſilio, aut re juvero.
Men. Scire hoc vis? *Chr.* Hac cauſſa equidem [a], qua dixi tibi.
Men. Dicetur. *Chr.* At iſtos raſtros interea tamen
Depone [b], ne labora. *Men.* Minime. *Chr.* Quam rem agis?
Men. Sine me, vacivom tempus ne quod duim mihi [c]
Laboris. *Chr.* Non ſinam, inquam. *Men.* Ah, non aequom facis.
Chr. Hui, tam graveis hos quaeſo? *Men.* Sic meritum eſt meum.
Chr. Nunc loquere. *Men.* Filium unicum adoleſcentulum
Habeo. ah, quid dixi habere me? imo habui, Chreme.
Nunc habeam, nec ne, incertum eſt. *Chr.* Quid ita iſtuc? *Men.* Scies.

Eſt

VARIANTES LECTIONES

a Hac quidem cauſa. *Concordant Codices.* *b* Adpone. *Concordat cum altero Codice.*
c Sine me vocivom tempus ne quod dem mihi.

1 non eſt, te ut deterream. 2 An cuiquam eſt homini uſus, ut ſe cruciet?

Tu badi, e a ciò, che nulla ti appartiene?
Crem. *Uomo ſon' io, e ciò, che ad uom ne ſpetta,*
Stimo negozio proprio, e m' appartenga:
E credi pur, che tutto ciò, ch' io dico
O per avvertimento, o per richieſta;
Giuſto egli è, che io lo faccia; e non pretendo
Di toglierti perciò dal tuo propoſito.
Men. *Queſta è l' uſanza mia; e tu fa quello,*
Che ti biſogna fare. Crem. *Ed uom ſi trova,*
Che tenga per coſtume il darſi affanno?
Men. *Io ſono uno di quelli.* Crem. *Se fatica*
Non t' è, ch' io nol vorrei, deh dimmi quale
E' mai queſto tuo affanno, e perchè tanto
Hai cagion d' operar contro te ſteſſo?
Men. *Ohi, ohi.* Crem. *Non lagrimare, anzi coteſto,*
Qualunque egli ſi ſia, non occultarmi;
Non tacer, non temere, e a me confida,
Sia ciò quel che ſi voglia, ch' ajutarti
Saprò in parole, in opre, ed in conſiglio.
Men. *Saper dunque lo vuoi?* Crem. *Per quello ſteſſo,*
Che t' ho detto teſtè. Men. *Dunque ſi dica.*
Crem. *Ma fratanto pon' giù la zappa, e 'l raſtro,*
E ti riposa. Men. *O queſto no del certo.*
Crem. *E che pretendi far?* Men. *Deh mi permetti,*
Ch' io non laſci paſſar ſenza fatica
Un ſol momento. Crem. *Io te lo nego.* Men. *Ingiuſto*
Verſo di me tu ſei. Crem. *Hui, come gravi*
Son queſti in grazia! Men. *Lo mio merto è tale.*
Crem. *Or via ſu parla.* Men. *Ho un figlio giovanetto*
Unico, e ſol; ma che diſs' io di averlo?
Anzi l' ebbi, Cremete, ed or s' io l' abbia,
O non l' abbia, egli è incerto. Crem. *E perchè queſto?*
Men. *Tu lo ſaprai: Poverella, e vecchia*

Corin-

Eſt e Corintho hic advena anus paupercula.
Ejus filiam ille amare coepit perdite [1],
Prope jam ut pro uxore haberet. haec clam me omnia.
Ubi rem reſcivi [2], coepi non humaniter [3],
Neque ut aegrotum animum decuit adoleſcentuli [a],
Tractare, ſed vi & via pervolgata patrum.
Quotidie accuſabam: hem! tibine haec diutius
Licere ſperas facere, me vivo patre,
Amicam ut habeas prope jam in uxoris loco?
Erras, ſi id credis, & me ignoras, Clinia.
Ego te meum eſſe dici tantiſper volo,
Dum, quod te dignum eſt, facies: ſed ſi id non facis,
Ego, quod me in te ſit facere dignum, invenero.
Nulla adeo ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio.
Ego iſtuc aetatis non amori operam dabam,
Sed in Aſiam abii hinc propter pauperiem, atque ibi
Simul rem & gloriam armis belli repperi.
Poſtremo adeo res rediit: adoleſcentulus
Saepe eadem, & graviter audiendo victus eſt:
Aetate me putavit, & ſapientia [4]
Plus ſcire, & providere, quam ſe ipſum ſibi.
In Aſiam ad regem militatum abiit, Chreme. *Chr.* Quid

VARIANTES LECTIONES

a Neque ut animum decuit aegrotum adoleſcentuli: *Concordant Codices*.
1 coepit virginem, Prope &c. 2 Ubi id reſcivi. 3 humanitas. 4 Putavit me & aetate & benivolentia &c.

Corintia Donna in queſta Terra alberga.
Amor della beltà di ſua figliuola
Preſe il mio figlio, ſicchè n' impazziva:
E già ſe la tenea ſiccome moglie,
E tutto ciò mi ſi tenea naſcoſo.
Quando poi lo riſeppi, incominciai
Scorteſemente, ne come era d' uopo,
Del figlio a maneggiar l' animo infermo:
Ma colla forza, e la volgare, e trita
Maniera aſpra de' padri a tutte l' ore
Io l' accuſava, e gli diceva: O figlio,
Speri tu lunga etade in cotal guiſa
Oprar? mentre ch' io vivo, che tu t' abbia
Cotale amica in luogo di mogliera?
Erri ſe 'l credi; e mal conoſci, o Clinia,
Quale io mi ſia; perchè tanto ſolo
Voglio, che tu, figliuolo mio t' appelli,
Quanto coſe di te degne farai:
In che ſe manchi, ſarà mio penſiero
Far quello a te, che di me degno ſia.
Tutto ciò non provien, che dal grand' ozio.
Amor nell' età tua me già non preſe:
Di coteſti anni povertà fuggendo,
Io corſi in Aſia, e colla ſpada in mano
Mi guadagnai ben preſto argento, e gloria.
Finalmente la coſa andò in maniera,
Che il miſero garzone udendo ſpeſſo,
E contro voglia ſua dir queſte coſe,
Rimaſe vinto: e dentro ſe penſando,
Che io sì per l' età, sì pel conſiglio,
Sì per l' amor di padre, di gran lunga
Più ſapeſſi di lui, e più poteſſi
Provvedere al ſuo ben, che egli medeſimo;
Fuggiſſi in Aſia, e s' arrollò Soldato.

Crem. *Che*

Chr. Quid ais? *Men.* Clam me profectus menſes treis abeſt.
Chr. Ambo accuſandi: etſi illud inceptum tamen
Animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui.
Men. Ubi comperi ex iis, qui ei fuere conſcii,
Domum revortor moeſtus, atque animo fere
Perturbato, atque incerto prae aegritudine.
Adſido: accurrunt ſervi: ſoccos detrahunt:
Video alios feſtinare, lectos ſternere,
Coenam apparare: pro ſe quiſque ſedulo
Faciebant, quo illam mihi lenirent miſeriam.
Ubi video haec, coepi cogitare; hem! tot mei
Solius ſoliciti ſunt cauſa, ut [a] me unum expleant?
Ancillae tot me veſtiant? ſumtus domi
Tantos ego ſolus faciam? ſed gnatum unicum,
Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,
Quod illa aetas magis ad haec utenda idonea eſt,
Ego eum [b] hinc ejeci miſerum injuſtitia mea!
Malo quidem me dignum quovis deputem,
Si id faciam: nam uſque dum ille vitam illam colet
Inopem, carens patria ob meas injurias,
Interea uſque illi de me ſupplicium dabo,
Laborans, quaerens, parcens, illi ſerviens.

Ita

VARIANTES LECTIONES

a aut. *b* Eum ego. *Concordant Codices.*

Crem. *Che mi racconti!* Men. *Senza mia ſaputa*
Partiſſi, e ſon tre meſi, ch' io nol veggio.
Crem. *Siete degni ambidue d' eſſer ripreſi;*
Sebbene un fatto tale è contraſſegno
Di nobil cuore, e non di baſſo, e vile.
Men. *Appena ſeppi queſta ſua partita*
Da' familiari ſuoi, ch' io torno a caſa
Dolente, e meſto: e con turbata mente
E tutta vacillante per l' affanno,
M' aſſido: e i ſervi miei corrono a gara:
Chi mi leva gli ſocchi; e chi ſi affretta
Di farmi il letto, e chi penſa alla cena.
In ſomma ciaſchedun con diligenza
Facea l' ufizio ſuo, e s' induſtriava
Di raddolcire tanta mia miſeria.
In veder queſte coſe, entro me ſteſſo
Preſi a penſare; adunque per me ſolo
S' affaticano tanti; e tante io tengo
Fanteſche, perchè veſtano me ſolo,
E per me ſolo farò tante ſpeſe?
E l' unico figlio mio, ch' era giuſto,
Che del mio ben foſſe ugualmente a parte,
Anzi toccaſſe a lui la maggior parte
De' beni miei, che a giovanile etade
Il ſervirſi di lor vie più conviene;
Miſero, e nudo io lo cacciai di caſa
Con ingiuſtizia eſtrema! Di qualunque
Gran male io ſteſſo ſtimerommi degno,
Se farò queſto. Imperocchè ſintanto
Che il meſchin viverà vita sì povera,
E mercè le mie ingiurie ei ſia lontano
Dalla ſoave patria; certamente
Io mi darò per lui tormento, e pena,
Faticando, cercando, e riſparmiando,

Per

Ita facio prorſus: nihil relinquo in aedibus,
Nec vas, nec veſtimentum: conraſi omnia:
Ancillas, ſervos, niſi eos, qui opere ruſtico
Faciundo facile victum [a] exercerent ſuum,
Omneis produxi ac vendidi. inſcripſi illico
Aedes: mercedem quaſi talenta ad quindecim
Coegi: agrum hunc mercatus ſum: hic me exerceo.
Decrevi, tantiſper me minus injuriae,
Chreme, meo gnato facere, dum fiam miſer:
Nec mihi fac eſſe [1] ulla me voluptate hic frui,
Niſi ubi ille huc ſalvos redierit meus particeps.

Chr. Ingenio te eſſe in liberos leni puto, &
Illum obſequentem, ſiquis recte aut commode
Tractaret. verum neque tu illum ſati' noveras,
Nec te ille. hoc ubi fit [2], ibi non vere vivitur.
Tu illum, numquam oſtendiſti, quanti penderes,
Nec tibi ille eſt credere auſus, quae eſt aequom patri:
Quod ſi eſſet factum, haec nunquam eveniſſent tibi.

Men. Ita res eſt, fateor: peccatum a me maxumum eſt.

Chr. Menedeme, at porro recte ſpero: & illum tibi
Salvum affuturum eſſe hic confido propediem.

Men. Uti-

VARIANTES LECTIONES

a ſumptum. *Sic etiam in altero Codice.*

1 Nec fas eſſe. 2 hoc qui ſit.

Per fare a lui vantaggio: e così faccio.
Non laſcio in caſa alcuna coſa, o vaſo,
O veſte: Feci fardello di tutto,
E dipoi le fanteſche, e i ſervi ancora
Da quelli in fuor, che colla vanga in mano
Sì guadagnan le ſpeſe facilmente,
Tutti vendei, e poſi la locanda
Alla mia caſa, e ricavai tra tutto
Circa a talenti quindici, co' quali
Comprai queſto Poder, v' come vedi
Io m' affatico. Perciò che fermai
Dentro 'l mio cuor di far minore ingiuria
Al mio figliuol, finchè vivrò miſero.
Perciò non ſarà mai, che alcun piacere
Prenda, ſe ſalvo non mi torna a caſa
Egli, che ne' miei beni ha tanta parte.

Crem. *Per quello, che io m' avveggio, eſſer tu dei*
Co' figli tuoi d' un natural benigno;
Ed eſſer quegli ancor d' una buona indole,
Se tu l' aveſſi governato bene,
O almen più facilmente. In ſomma entrambi
Vi conoſceſte male; e queſto accade
Là dove non ſi vive con ſchiettezza:
Poichè tu mai non dimoſtraſti a lui,
Quanto il tenevi in prezzo; ed egli pure
Non ebbe ardir di confidarti quello,
Che fora giuſto confidare al padre:
Che ſe ciò facevate, unqua avvenuto
Non ti ſarebbe ciò, ch' ora ti accade.

Men. *E' vero, e lo confeſſo; io fei il gran male.*

Crem. *Menedemo, però ſpero a ragione,*
Che ſalvo in breve a te ſarà ritorno.

Men. *Così*

Men. Utinam ita Dii ſaxint . *Chr.* Facient . nunc , ſi commodum eſt ,
* Dionyſia hic ſunt ; hodie apud me ſis , volo .
Men. Non poſſum . *Chr.* Cur non [a] ? quaeſo , tandem aliquantulum
Tibi parce . idem abſens facere te hoc volt filius .
Men. Non convenit , qui illum ad laborem impulerim ,
Nunc me ipſum fugere . *Chr.* Siccine eſt ſententia ?
Men. Sic . *Chr.* Bene vale . *Men.* Et tu . *Chr.* Lacrumas excuſſit mihi ,
Miſeretque me ejus : ſed , ut diei tempus eſt ,
Monere oportet [b] me hunc vicinum Phaniam ,
Ad coenam ut veniat . ibo , viſam ſi domi eſt .
Nil [c] opus fuit monitore : jamdudum domi
Praeſto apud me eſſe , ajunt : egomet convivas moror .
Ibo adeo hinc intro . ſed quid crepuerunt fores ?
Hinc a me quiſnam egreditur ? huc conceſſero [d] .

VARIANTES LECTIONES

a Cur non quaeſo ? tandem &c. *b Deeſt* , oportet , *prout etiam in altero Codice .*
c Nihil . *d Hic verſus deeſt in Codice .*

Men. *Così faccian gli Dei .* Crem. *Eſſi il faranno .*
Or , ſe ti piace , vieni a cenar meco ,
Giacchè Bacco fra noi oggi ſi onora .
Men. *Non poſſo .* Crem. *E perchè no ? deh qualche poco*
Uſa teco pietà : tuo figlio iſteſſo
Vuol , che tu il faccia , e da lontan ti prega .
Men. *Mal ſi accorda ſpronare altri a fatica ,*
E poi per ſe fuggirla . Crem. *E riſoluto*
Dunque in queſto tu ſei ? Men. *Certo , che 'l ſono :*
Crem. *Orsù ſtà ſano .* Men. *E tu .* Crem. *M' ha fatto piangere ,*
Ed ho pietà di lui . Ma tempo parmi
Di far ſapere al mio vicino Fania ;
Che venga a cena meco ; andrò a vedere ,
Se mai per ſorte ſi ritrova in caſa .
Ma biſogno per lui non fu d' invito ,
Che mi dicon , che omai egli è arrivato ,
Ed io forſe trattengo i convitati .
Entro dunque a trovarli . Ma qual' odo
Rumor di porte , e chi eſce di mia caſa ?
Mi porrò quà in diſparte .

N O T AE

* Dionyſia , de quibus hìc fit mentio , evincunt hanc Comoediam verno vel autumnali tempore actam fingi . Dionyſia enim eos fuiſſe ludos in Attica novimus , qui *Bacchanalia* a Romanis nuncupabantur : Bacchus ſiquidem Dionyſius , quaſi Jovis filius , dicebatur . In iis libidinis Scena noctu exhibebatur , quod huic Comoediae maxime convenit . Sed quum feſti hi dies vere , vel in autumno celebrarentur , quis ſibi ſuadeat , tunc temporis frumenti manipulos adhuc in agris eſſe , quod noſtrae Tabulae auctor non animadvertit ? Quod ſicui placet Dionyſia cum Brumalibus conjungere a Romulo inſtitutis , quo tempore publica quaedam habebantur convivia ; nec inde ſatis aptam deſumeret excuſationem : ex ipſa enim vocis ethimologia brumali tempore celebrata ea fuiſſe deducitur . Verum — *Pictoribus , atque Poetis*
Quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas .

Fig. III



Actus I. Scena II.

Clit. NIhil adhuc eſt, quod vereare, Clinia: haudquaquam etiam ceſſant:
Et illam ſimul cum nuncio tibi hic affuturam
Hodie, ſcio. proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quae te
Excruciat, mittas. *Chr.* Quicum loquitur filius? *Clit.* Pater adeſt,
Quem volui. adibo. pater opportune advenis.
Chr. Quid id eſt [a]? *Clit.* Hunc Menedemum noſtine noſtrum vicinum? *Chr.* Probe.
Clit. Huic filium ſcis eſſe? *Chr.* Audivi, eſſe in Aſia. *Clit.* Non eſt, pater; apud
Nos eſt. *Chr.* Quid ais? *Clit.* Advenientem, e navi egredientem abduxi illico [b]
Ad coenam: nam mihi magna cum eo jam inde uſque a pueritia

Semper

VARIANTES LECTIONES

[a] Quid eſt? [b] illico — Abduxi ad coenam. *Concordant Codices.*

Clitifone giovane, e Cremete.

Clit. N*On hai Clinia fin qui di che temere,*
Perchè tra poco gli vedrai venire,
E col meſſo verranne anche colei;
Però ti ſpoglia d'un timor sì falſo,
Che tanto ti tormenta. Crem. *E con chi parla*
Il mio figliuolo? Clit. *Ecco mio Padre: appunto*
Io lo voleva; androgli incontro. A tempo
Vieni, o mio Padre. Cr. *E che v'è egli?* Cl. *A ſorte*
Conoſci Menedemo a noi vicino?
Crem. *Molto bene.* Clit. *E ſai tu, com' egli ha un figlio?*
Crem. *L' udii, ed hallo in Aſia.* Clit. *Non è vero:*
Appò di noi dimora. Crem. *E che mi narri?*
Clit. *Appunto io m' abbattei, che dalla nave*
Egli ſcendeva, e lo conduſſi a cena;
Perchè è fra noi dimeſtichezza ſomma,
E queſta incominciò fin da fanciulli.

Crem. *Gran*

Semper fuit familiaritas. *Chr.* Voluptatem magnam nuncias.
Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiſcum hodie eſſet amplius [1],
Ut hanc laetitiam nec opinanti primus objicerem domi [2]!
Atque etiam nunc tempus eſt. *Clit.* Cave faxis: non opus eſt, pater.
Chr. Quapropter? *Clit.* Quia enim incertum eſt etiam, quid ſe faciat. modo venit.
Timet omnia: patris iram, & animum amicae ſe erga ut ſit ſuae:
Eam miſere amat: propter eam haec turba, atque abitio evenit. *Chr.* Scio.
Clit. Nunc ſervolum ad eam in urbem miſit, & ego noſtrum una Syrum. *
Chr. Quid narrat? *Clit.* Quid ille? ſe miſerum eſſe. *Chr.* Miſerum? quem minu' credere eſt?
Quid relliqui eſt, quin habeat, quae quidem in homine [3] dicuntur bona?
Parenteis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias.
Atque haec perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poſſidet:
Qui uti ſcit, ei bona; illi, qui non utitur recte, mala.
Clit. Imo ille ſenex fuit importunus ſemper: & nunc nihil magis
Vereor, quam ne quid in illum iratus plus ſatis faxit, pater.
Chr. Illene? ſed reprimam me: nam, in metu eſſe hunc, illi eſt utile.
Clit. Quid tute tecum? *Chr.* Dicam, ut ut erat, manſum tamen oportuit:
Fortaſſe

VARIANTES LECTIONES

1 ut nobiſcum eſſet amplius. 2 obiicerem ei domi. 3 quae quidem eſſe in homine.

Crem. *Gran piacer tu m' arrechi; oh come avrei*
Voluto, che accettaſſe oggi l' invito
Menedemo, per eſſere io il primiero
Arrecator di nuova così lieta
Ad uom, che non l' aſpetta, in caſa mia!
Ma ancor v'è tempo. Clit. *Guardati, mio Padre,*
Di far queſto; che un tale invito fora
Inutile. Crem. *E perchè?* Clit. *Ei ſta dubbioſo*
Di ciò, che debba far. Venne pur ora;
Teme di tutto; teme il padre irato;
Ne ſa verſo di ſe qual ſerbar' abbia
E mente, e cuor la ſua diletta amica.
Egli ama queſta, quanto amar ſi puote;
E nacquer, ſua mercè, tanti rumori,
E i ſuoi viaggi in Aſia. Crem. *Il tutto inteſi.*
Clit. *Or egli alla città ſpedito ha un Servo,*
Ed io con eſſo lui il noſtro Siro.
Crem. *Che dice ei?* Clit. *Che dice egli? ch' è infelice*
Crem. *Infelice! D' ogn' altro, che di lui*
Ciò creder puoſſi, che nulla gli manca
Di quei gran beni, che ſuol dar fortuna.
Ha Genitori, ed ha felice patria,
Proſapia, amici, parentado, ed oro.
Ma queſte coſe prendono l' aſpetto
Dall' animo di quel, che le poſſiede;
Son beni a chi di lor fanne buon uſo;
E mali ſono a chi non gli uſa bene.
Clit. *Anzi il ſuo vecchio padre in lui fu ſempre*
Acerbo, e duro, e in oggi è più che mai;
E temo, che sdegnato contro lui
Qualche coſa non faccia oltre il dovere.
Crem. *Chi? il vecchio?... ma ſi taccia; che il timore*
Di queſto all' altro arrecherà vantaggio.
Clit. *Che diſcorri fra te?* Crem. *Dirotti, o figlio.*
Per difficil, ch' ei foſſe aſpro, e ſevero,
Fuggir non lo doveva: forſe egli era
Severo

NOTAE

* Actionem in agro prope Athenas referri, haec Clitiphonis verba adeò evincunt, ut nullus ſuperſit omnino dubitandi locus. Quî enim ille, Servos in Urbem miſſos, diceret, Bacchidem, Antiphilamque vocatum, ſi actio Athenis eſſet?

Fortaſſe aliquanto iniquior erat, praeter [1] ejus lubidinem:
Pateretur: nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum?
Hunccine erat aequom ex illius more, an illum ex hujus vivere? &
Quod illum inſimulat durum, id non eſt. nam parentum injuriae
Uniuſmodi ſunt ferme, paulo qui eſt homo tolerabilis;
Scortari crebro nolunt; nolunt crebro convivarier;
Praebent exigue ſumtum; & ea ſunt tamen [2] ad virtutem omnia.
Verum ubi animus ſemel ſe cupiditate devinxit mala,
Neceſſe eſt, Clitipho, conſilia conſequi conſimilia. hoc
Scitum eſt, periclum ex aliis facere, tibi quod ex uſu ſiet.
Clit. Ita credo. *Chr.* Ego ibo hinc intro, ut videam, nobis quid coenae ſiet.
Tu, ut tempus eſt diei, videſis, ne quo hinc abeas longius.

VARIANTES LECTIONES

1 propter. 2 atque haec ſunt tamen.

Severo più che nol voleſſe Clinia:
Ben' era il ſopportarlo: Che ſe un figlio
Non ſoffre il padre, e chi potrà ſoffrire?
E poi, dimmi, è dover, che viva il padre
Sotto al figliuol, o il figlio ſotto al padre?
E quel ch' e' dice, eſſer troppo aſpro, e duro;
Non è, credi, non è. Sono de' padri
(Di quei favello, che ſoffrir ſi ponno;)
L' aſprezze tutte d' uno iſteſſo modo:
Non li vogliono ſpeſſo ne' bordelli;
Non li vogliono ſpeſſo infra i conviti;
Danno ſcarſo denaro; e tutto queſto
Fan, perchè alloggi la virtù ne' figli.
Ma quando l' alma avviticchiata, e preſa
Si trova da deſio corrotto, e guaſto,
Suoi conſigli ancor ſon guaſti, e corrotti.
Però, ſe ſaggio ſei, impara, o figlio,
A far prova di quel, che può giovarti
Sopra le azioni altrui. Clit. *Credo a' tuoi detti.*
Crem. *Io me n' andrò qua dentro, e vedrò intanto*
Che coſa abbiam da cena, e tu procura,
Qualor vedrai, che l' ora s' avvicina,
Di non eſſer di qui molto diſcoſto.

Clit. Quam

Fig·IV

CLITIPHO
ADULESCENS



Clit. QUam iniqui ſunt patres in omnes adoleſcenteis judices!
Qui aequom eſſe cenſent, nos jam a pueris [a] illico naſci ſenes,
Neque illarum affines rerum eſſe, quas fert adoleſcentia.
Ex ſua libidine moderantur, nunc quae eſt, non quae olim fuit.
Mihi ſi unquam filius erit, nae ille facili me utetur patre.
Nam & cognoſcendi, & ignoſcendi dabitur peccati [1] locus:
Non ut meus, qui mihi per alium oſtendit ſuam ſententiam.

Perii!

VARIANTES LECTIONES

a nos a pueris.
1 peccatis.

Clitifone.

Clit. OH *come ſono tutti quanti i padri*
Giudici iniqui verſo i lor figliuoli!
Che ſtiman di dover, che nati appena
Diventiam vecchi; ne lor viene in mente,
Che ſiamo noi di quelle coſe amici,
Che ſuol ſeco portar la giovanezza.
Eſſi miſurano or le coſe noſtre
Collo ſtracco voler, che portan gli anni,
Non col caldo deſio, che gli arſe un tempo.
In quanto a me, ſe avrò mai figlio alcuno;
Gli ſarò padre facile, e corteſe:
Poichè mi porterò ſeco in maniera,
Che alcun de' falli ſuoi a me non celi,
E che del ſuo fallir mercè mi chieda;
Non come queſto mio; il qual per altri

Il

NOTAE

* Nulla hìc ab Heinſio fit Scenae diviſio, atque etiam accuratioribus in editionibus: quod laudandum cenſeo. Sed quum in Vaticano Codice Tabula ponatur Clitiphonem exhibens, eam nos quoque referre debuimus. Codex quoque Vaticani Capituli Scenam dividere videtur, quum locus hic effingendae Tabulae aptus in eo relinquatur. Eos tamen laudare nullo modo poſſumus, qui non Scenam tantum partiuntur in duas, ſed etiam ab his Clitiphonis verbis Actus II. ſumunt initium. Diximus enim Actus dividi minime poſſe, niſi vacuo Actoribus theatro, quod hic loci evenire non poteſt.

Perii ! is mihi , ubi adbibit plus paulo , ſua quae narrat facinora !
Nunc ait , periculum ex aliis facito , tibi quod ex uſu fiet .
Aſtutus ! nae ille haud ſcit , quam mihi nunc ſurdo narret fabulam .
Magis nunc me amicae dicta ſtimulant : da mihi , atque affer mihi .
Cui quid reſpondeam , nil habeo : neque me quiſquam eſt miſerior .
Nam Clinia hic , etſi is quoque ſuarum rerum ſatagit , attamen
Habet bene ac pudice eductam , ignaram [a] artis meretriciae .
Mea eſt potens , procax , magnifica , ſumtuoſa , nobilis .
Tum , quod dem ei , recte eſt : nam nihil eſſe mihi , relligio eſt dicere .
Hoc ego mali non pridem inveni : neque etiam dum ſcit pater .

VARIANTES LECTIONES

a & ignaram .

Il ſuo voler mi moſtra . Io ſon perduto :
Poichè quando egli un poco più la mano
Allarga al bere , oh quanti fatti egregi
Di ſe racconta ! Egli mi dice adeſſo ,
Che ciò , che util mi ſia , dagli altri apprenda .
Aſtuto in vero ! Egli non ſa del certo
Quale a ſordo uditore ei narri favola :
Che di preſente più mi punge , e ſtimola
Il parlar della mia donna , che dice ,
Donami alcuna coſa , alcuna portami ;
A cui non ſo che replicarmi : e quindi
E' , che di me neſſuno è più infelice :
Poichè ſebbene Clinia amando anch' egli
Di fatica , e di cure ha la ſua parte ;
Nulladimeno egli ha donna pudica ,
Che non ſa i modi , e l' arti meretricie .
Ma opulenta è la mia , pronta , e vana ,
Ben nata , e vaga aſſai di ſpender molto :
Ond' è che piace a lei , che io le preſenti ,
Stando avvertito di non dirle mai ,
Che mi ritrovo ſenza nulla affatto .
Guari non è , che in sì gran male io caddi ;
Nè ancora il padre mio l' ha riſaputo .



Clin. SI mihi ſecundae res de amore meo eſſent, jam dudum, ſcio,
Veniſſent: ſed vereor, ne mulier me abſente hic corrupta ſit.
Syr. Quid iſtic [a] narrat? *Clit.* Perii. *Syr.* Clitipho, haec ego praecipio tibi;
Hominis es [4] frugi & temperantis functus officium. *Clit.* Tace,
Sodes. *Syr.* Recte ſane. *Chr.* Syre; pudet me. *Syr.* Credo: neque id injuria.
Quin mihi moleſtum eſt. *Clit.* Pergin' [5]? *Syr.* Hercle verum dico, quod videtur.
Clit. Non ne accedam ad illos? *Chr.* Eho quaeſo, una accedundi via eſt?
Syr. Actum eſt: hic prius ſe indicarit, quam ego argentum effecero [6].
Chreme, vin' tu homini ſtulto mihi auſcultare? *Chr.* Quid faciam? *Syr.* Jube hunc
Abire hinc aliquo. *Clit.* Quo ego hinc abeam? *Syr.* Quo? quo lubet [b]; da illis locum:
Abi deambulatum. *Clit.* Deambulatum! quo? *Syr.* Vah, quaſi deſit locus.
Abi

VARIANTES LECTIONES

a iſte. *b* *Syr.* Quo lubeat.

1 *Chr.* Eſto. At certe ut concedas aliquo ab ore eorum aliquantiſper. — Multa fert libido: ea prohibet facere tua praeſentia. 2 meorum amicorum hodie. 3 piget. 4 es. *Deeſt in Codice*.
6 *Clit.* Pergin' hercle? *Syr.* Verum dico &c. 6 Effero.

Ch' io ben conoſco i cuori degli Amanti;
Oſſervano, e s' offendon gravemente
Di quelle coſe, a cui non penſan gl' altri.
Clit. *Ma tanta fede io trovo appo l' amico,*
Ch' egli è ſicur, che io non farei tal coſa.
Crem. *Sia pur, come tu dì: ma egli è ben giuſto,*
Che tu gli laſci alcuna volta ſoli:
L' amor vuol molte coſe, e queſte tutte
Gli ſon negate dalla tua preſenza.
Io miſuro ciaſcun con me medeſimo.
Tra tanti amici miei un non ne trovo,
A cui mi arriſchi a confidarmi affatto;
Il riſpetto con l' un, tienmi coll' altro
Il fatto iſteſſo, acciò ch' e' non mi ſtimi
O inſipido, o protervo: E così penſa,
Che quegli farà teco: i ſaggi amici
In ogni tempo, e luogo han da ſapere,
Quando biſogni ſecondare i geni.

Sir. *Odi che dice?* Clit. *Ohimè ſon morto!* Sir. *io pure*
L' iſteſſe coſe, Clitiſon, t' impoſi,
E tu per verità foſti modeſto,
E come ſi convien a un uom di garbo!
Clit. *Taci per grazia.* Sir. *Certamente bene.*
Crem. *Siro, me ne vergogno.* Sir. *E con ragione:*
Diſpiace ancora a me. Clit. *E ancor perſiſti?*
Sir. *Io dico ciò, che parmi e vero, e giuſto.*
Clit. *Dunque accoſtarmi più non deggio a loro?*
Crem. *Si ben, ma non ſai farlo in altro modo?*
Sir. *Perduto è tutto, ſe coſtui ſi ſcopre,*
Avanti che il danaro io buſchi a lui.
Cremete, vuoi dar retta ad uomo ſtolto?
Crem. *Che deggio far?* Sir. *Comanda al tuo figliuolo,*
Che da noi ſi slontani. Clit. *E dove vuoi,*
Che io vada? Sir. *Ove ti pare; e laſcia in pace*
La Camerata: vanne a paſſeggiare.
Clit. *A paſſeggiare? e dove?* Sir. *Oh quaſi manchi*
Luogo

Abi ſane iſtac, iſtorſum, quo vis. *Chr.* Recte dicit: cenſeo.
Clit. Dii te eradicent, Syre, qui me hinc[1] extrudas[a]. *Syr.* At tu pol tibi[b]
Poſthac comprimito iſtas manus[2].
Cenſen' vero? quid illum porro credis facturum, Chreme,
Niſi eum, quantum Dii dant opis tibi[c], ſervas[3], caſtigas, mones?
Chr. Ego iſtuc curabo. *Syr.* Atqui nunc here hic[4] tibi aſſervandus eſt[d].
Chr. Fiet. *Syr.* Si ſapias: nam mihi jam minu' minuſque obtemperat.
Chr. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egi, egiſti, Syre? aut
Reperiſti quod placeat[e], an nondum etiam? *Syr.* De fallacia[f]?
Inventa ſt. inveni quandam nuper. *Chr.* Frugi es: cedo, quid id eſt?
Syr. Dicam: verum, ut aliud ex alio incidit.... *Chr.* Quidnam, Syre?
Syr. Peſſuma haec eſt meretrix. *Chr.* Ita videtur. *Syr.* Imo, ſi ſcias.
Hoc vide, quod inceptet facinus. Fuit quaedam anus Corinthia
Hic: huic drachmarum argenti haec mille dederat mutuum.
Chr. Quid tum? *Syr.* Ea mortua eſt: reliquit filiam adoleſcentulam:
Ea relicta huic arraboni eſt pro illo argento. *Chr.* Intellego.
Syr. Hanc ſecum huc adduxit, eaque eſt nunc ad uxorem tuam[g].
Chr. Quid tum? *Syr.* Cliniam orat, ſibi uti id nunc det[5]: illam illi tamen

Poſt

VARIANTES LECTIONES

a extrudis. *b* *Syr.* At tu pol iſtas — Poſthac comprimito manus. *c* quantum tibi opis Di dant, ſervas. *d* here, tibi iſthic adſervandus eſt. *e* Repperiſti, tibi quod placeat. *Et ſic in altero quoque leg. Cod.* *f* De fallacia — Dicis? eſt. inveni nuper quamdam. *Et in hoc uterque concordat Codex.* *g* apud uxorem tuam.

1 iſthinc. 2 At tu tibi iſtas poſthac comprimito manus. 3 quantum tibi opis Dii dent, ſervas. 4 hic. *Deeſt in Codice.* 5 Clinia orat, ſibi uti id nunc det illam: illi tamen &c.

Luogo da camminar: quà, o là tu vanne,
E dove più ti torna. Crem. *Ei dice bene,*
A quel che parmi. Clit. *I Sommi Dei ti sbarbino,*
Siro crudele, che di qua mi cacci.
Sir. *E tu nell' avvenire*
Tieni a ſegno le mani. Ora che credi,
Cremete, ch' ei farebbe; ſe gli Dei
Non ti deſſero tanto di giudizio
Di guardarlo, punirlo, ed avvertirlo?
Crem. *Io queſto farò ſempre.* Sir. *Orsù, Padrone,*
In ogni modo conſervar tel dei.
Crem. *Farollo* Sir. *E farai ben, ch' or me dileggia,*
E de' conſigli miei ſi burla, e ride.
Crem. *Ma ritorniamo a noi. Per quel negozio,*
Di cui trattammo or ora, hai tu trovato
Alcun ripiego, o Siro? o coſa alcuna,
La qual ti piaccia, ovver non trovi nulla?
Sir. *Dì forſe dell' inganno? Zitto, ch' io*
N' ho trovato un di freſco. Crem. *O che uomo*
ſavio!
Ma dimmi, che hai trovato? Sir. *Or l' udirai:*
Ma perchè da una coſa un' altra naſce...
Crem. *Siro, e che coſa mai?* Sir. *Queſta puttana*
E' peſſima. Crem. *Sì parmi.* Sir. *E più parratti:*
Or ve' qual tenta temeraria inpreſa!
Di Corinto qua venne una tal Vecchia,
A cui mille preſtò dramme d' argento.
Crem. *E dopo che ſucceſſe?* Sir. *Venne a morte*
La Vecchia: ed una ſua picciola figlia
Rimaſe, e queſta fu laſciata in pegno
Alla puttana pel preſtato argento.
Crem. *Intendo.* Sir. *E queſta è quella, che condotta*
Ha coſtei ſeco, ed or ſi trova appreſſo
Alla tua Moglie. Crem. *Or dimmi quel, che ſegue.*
Sir. *Clinia or la vuole, e pregane la Bacchide,*
Che a lui darla non vuol, ſe pria non sborſale

Mille

Poſt daturam mille nummum. poſcit. *Chr.* Et poſcit [1] quidem? *Syr.* Hui,
Dubium id eſt [2]? *Chr.* Ego ſic putavi. quid nunc facere cogitas?
Syr. Egone? ad Menedemum ibo: dicam, hanc eſſe captam e Caria,
Ditem, & nobilem: ſi redimat, magnum ineſſe in ea lucrum.
Chr. Erras. *Syr.* Quid ita? *Chr.* Pro Menedemo nunc tibi ego reſpondeo:
Non emo. quid ais [a]? *Syr.* Optata loquere. *Chr.* Atqui non eſt opus.
Syr. Non opus eſt? *Chr.* Non hercle vero. *Syr.* Qui iſtuc? miror. *Chr.* Jam ſcies.
Mane, mane; quid eſt, quod tam a nobis graviter crepuere [3] fores? *

VARIANTES LECTIONES


a quid agis? *Sic in utroque legitur Codice.*

1 poſciet. 2 Dubium ne id eſt? 3 crepuerunt.

Mille denari, Crem. *A tanto prezzo vuolla?*
Sir. *V' è dubbio in ciò?* Crem. *Così m' imaginai.*
Or tu che penſi fare? Sir. *Io ne, che penſo?*
A Menedemo andronne, e dirò lui
Eſſer coſtei di Caria, ed al Paeſe
Eſſer nobile, e ricca, e gran guadagno
Serbarſi a lui, ſe la ricompra, e rende
A' ſuoi Parenti. Crem. *Tu t' inganni.* Sir. *E come?*
Crem. *Per Menedemo io ti riſpondo, e dico:*
Non la voglio comprar. Tu che ſoggiungi?
Sir. *Dimmi ciò, ch' io vorrei.* Crem. *Non ci è biſogno.*
Sir. *Non ci è biſogno?* Crem. *Non v' è certo.*
Sir. *E d' onde*
Mai ciò? mi maraviglio. Crem. *La cagione*
Preſto di ciò ſaprai. Ma aſpetta, aſpetta;
D' ond' è, che tal rumor fece il noſtr' uſcio?

NOTAE

* Ex iis, quae ſupra indicavimus pag. 124. ex Joanne Theodorico Bellovaco de ratione Actus dividendi, conjici facile poteſt, nonniſi incongrue Actum tertium hic ab Heinſio, aliiſque, qui eum in edendis Terentianis Comoediis ſequuti ſunt, concludi. Permanentibus enim in Scena Chremete, Syroque, & aliqua cum ſolicitudine praeſtolantibus, quis ex ejuſdem Chremetis domo, cujus crepuerant fores, ſit proditurus, qui vacuum fieri Theatrum poterat, Mimique, & hujus generis Joculatores in illud induci? Id Anna Daceria, Juvencius, aliique quamplures quum animadverterint, finem huic Actui imponunt, ac perbelle mea quidem ſententia, poſt ea, quae digreſſis e Scena Chremete, Soſtrata, & Nutrice, Syrus profert:
Retraham hercle, opinor, idem illud fugitivum argentum tamen.



Act. IV. Scena I.

Soſtr. NIſi me animus fallit, hic profecto eſt annulus, quem ego ſuſpicor,
Is, quicum expoſita eſt gnata. *Chr.* Quid volt ſibi, Syre, haec oratio?
Soſtr. Quid eſt? iſne tibi videtur? *Nutr.* Dixi equidem, ubi [a] oſtendiſti [1], illico,
Eum eſſe. *Soſtr.* At ut ſati' contemplata modo ſis, mea nutrix. *Nutr.* Satis.
Soſtr. Abi nunc jam intro: atque, illa ſi jam laverit, mihi nuncia.
Hic ego virum interea opperibor. *Syr.* Te volt: videas, quid velit.
Neſcio quid triſtis eſt: non temere eſt: metuo [b], quid ſit. *Chr.* Quid ſiet?
Nae iſta hercle magno jam conatu magnas nugas dixerit.
Soſtr. Ehem mi vir. *Chr.* Ehem mea uxor. *Soſtr.* Te ipſum quaero. *Chr.* Loquere quid velis. *Soſtr.* Pri-

VARIANTES LECTIONES

a ubi mi oſtendiſti. *b* timeo.
1 ubi mihi oſtendiſti.

Soſtrata, Cremete, Nutrice, e Siro.

Soſt. *S' Io non m' inganno, certamente è queſto*
L' Anello, che io ſoſpetto, quell' Anello,
Con cui eſpoſi la mia dolce figlia.
Crem. *Siro, a qual fin coſtei parla in tal guiſa?*
Soſt. *Che coſa ne dì tu? che te ne pare?*
Nut. *Subito il diſſi allor, che mel moſtraſti,*
Eſſer quello. Soſt. *Ma l' hai viſto e riviſto,*
Mia nutrice, abbaſtanza? Nut. *Certamente.*
Soſt. *Và dunque dentro, e vedi, s' ella ancora*
Finito ha di lavarſi, e a me ritorna.
Io qui fratanto attenderò il mio uomo.
Sir. *Te vuol; vedi, che chiede. Ma mi ſembra*
Alquanto malinconica, ne a caſo
Ella così ſtarà; però m' immagino,
Queſto d' onde provien. Crem. *D' onde provenga?*
Coſtei per certo con ſua gran fatica
Molte mi narrerà ſciocchezze, e frottole.
Soſt. *Olà, Marito mio.* Crem. *Olà, mia Moglie.*
Soſt. *Te ſteſſo io cerco.* Crem. *Dimmi ciò, che vuoi.*
Soſt. *Pria*

Soſtr. Primum te hoc oro [a], ne quid credas me advorſum edictum tuum
Facere auſam [b]. *Chr.* Vis tibi me iſtuc [c], etſi incredibile eſt, credere?
Credo. *Syr.* Neſcio quid peccati portat haec purgatio.
Soſtr. Meminiſtin', me eſſe gravidam, & mihi te maxumo opere [1] dicere;
Si puellam parerem, nolle tolli? *Chr.* Scio quid feceris:
Suſtuliſti. *Soſtr.* Sic eſt factum [2]. *Chr.* Domin'? *Syr.* Ergo herus damno auctus eſt.
Soſtr. Minime: ſed erat hic Corinthia anus haud impura: ei dedi
Exponendam. *Chr.* O Jupiter, tantam eſſe [3] in animo inſcitiam?
Soſtr. Perii! quid ego feci? *Chr.* At rogitas? *Soſtr.* Si peccavi [d], mi Chreme,
Inſciens feci. *Chr.* Id quidem ego, etſi tu neges, certe ſcio,
Te inſcientem atque imprudentem dicere, ac facere omnia:
Tot peccata in hac re oſtendis: nam jam primum, ſi meum
Imperium exequi voluiſſes, interemtam oportuit,
Non ſimulare mortem verbis, re ipſa ſpem vitae dare.
At id omitto: miſericordia, animus maternus: ſino.
Quam bene vero abs te proſpectum eſt! quid voluiſti? cogita:
Nempe anui illi prodita abs te filia eſt planiſſume,
Per te vel uti quaeſtum faceret, vel uti veniret palam.
Credo id cogitaſti: quidvis ſatis eſt, dum vivat modo.

Quid

VARIANTES LECTIONES

a hoc te oro. *b* Facere eſſe auſam. *Sic etiam in altero Codice*. *c* Vin' me iſtuc tibi. *d* Si quid peccavi.

1 opere interminatum. — Si &c. 2 *Syr.* Sic eſt factum, domina. Ergo herus damno auctus eſt? *Soſtr.* Minime &c. 3 tantamne eſſe.

Soſt. *Pria di tutto io ti prego, e ti ſcongiuro*
E non creder giammai, che in tempo alcuno
Abbia ardito far contro al tuo precetto.
Crem. *Vuoi, ch' io ti creda sì incredibil coſa?*
La credo. Sir. *Queſta ſcuſa innanzi tempo*
Di qualche colpa certamente è rea.
Soſt. *Ti ſovvien pur d' allor, ch' eſſendo gravida,*
Mi comandaſti, che io non allevaſſi
Il parto, ſe per ſorte egli era femmina?
Crem. *Sò quello, che avrai fatto. L' allevaſti.*
Sir. *Così feſti, Padrona? In queſto modo*
Non picciol danno hai fatto al mio Padrone.
Soſt. *No per certo: ma qui ſtava una Vecchia*
Corintia oneſta, a cui la conſegnai;
Acciocchè l' eſponeſſe. Crem. *O Sommo Giove,*
E ſi può ritrovar mente più ſciocca!
Soſt. *Son morta! E che fec' io?* Crem. *Me ne domandi?*
Soſt. *Peccai per ignoranza, o mio Cremete,*
Se pur peccai. Crem. *Già queſto io lo credea,*
Se ancor non lo dicevi: alcuna coſa
Fare, o dir non ti veggio, che non ſia
E detta, e fatta con ſciocchezza eſtrema.
E oh quanti sbagli in queſto fatto hai preſi!
Che in primo luogo, ſe all' imperio mio
Ubidir tu volevi; uopo era uccidere
La figlia, e non moſtrar colle parole,
Ch' ella era morta, e darle poi co' fatti
Di vivere ſperanza. Ma di queſto
Voglio tacer: che l' animo materno
Stupor non è, ſe da pietà fu preſo.
Ma quanto poſcia abbi provviſto bene
A quella, ed in ciò far, che abbi voluto;
Penſa un poco or fra te. Queſta figliuola
Tu la deſti alla piana a quella Vecchia,
Perch' ella o ſi metteſſe a un reo guadagno,
O ſi ſcopriſſe un giorno. Io per me credo,
Che fra te tu penſaſſi, purchè viva,

Non

Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum, atque aequom ſciunt,
Melius, pejus, proſit, obſit, nil vident, niſi quod lubet?
Soſtr. Mi Chreme, peccavi, fateor: vincor: nunc hoc te obſecro,
Quanto tuus eſt animus natu gravior, ignoſcentior,
Ut meae ſtultitiae in juſtitia tua ſit aliquid praeſidi [1].
Chr. Scilicet equidem iſtuc factum ignoſcam: verum, Soſtrata,
Male docet te mea facilitas multa. ſed iſtuc quidquid eſt,
Qua hoc occoeptum eſt cauſſa, loquere. *Soſtr.* Ut ſtulte & miſere omnes ſumus
Religioſae; quum exponendam do illi, de digito annulum
Detraho; & eum, dico, ut una cum puella exponeret;
Si moreretur, ne expers partis eſſet de noſtris bonis.
Chr. Iſtuc recte: conſervaſti te, atque illam. *Soſtr.* Is hic eſt annulus.
Chr. Unde habes? *Soſtr.* Quam Bacchis ſecum adduxit adoleſcentulam. *Syr.* Hem.
Chr. Quid ea narrat? *Soſtr.* Ea lavatum dum it, ſervandum mihi dedit.
Animum non advorti primum: at poſtquam aſpexi, illico
Cognovi: ad te exilii. *Chr.* Quid nunc ſuſpicare, aut invenis
De illa? *Soſtr.* Neſcio, niſi ex ipſa [2] quaeras [a], unde hunc habuerit,
Si potis eſt reperire. *Syr.* Interii: plus ſpei video, quam volo:
Noſtra eſt, ita ſi eſt [b]. *Chr.* Vivit ne illa, cui tu dederas? *Soſtr.* Neſcio.
Chr. Quid

VARIANTES LECTIONES

a quaeras, anulum unde &c. *b* ſi ita eſt.
1 praeſidii. 2 niſi ut ex ipſa.

Non mi curo di più. E che fareſti
Con quelli, che non ſan, che coſa ſia
Bontà, giuſtizia, ed equità, ne guardano
Qual ſia ben, qual ſia mal, qual nuoccia, o giovi,
Ne veggono più là della lor voglia?
Soſt. *Peccai, o mio Cremete, io tel confeſſo,*
E mi ti do per vinta. Sol ti prego,
Che quanto per l' età di me più ſaggio
Tu ſei, al perdonare ancor tu ſia
Più pronto, e doni alcun conforto, e aita
Al mio commeſſo error con tua prudenza.
Crem. *Cioè che un fatto tale io ti perdoni,*
La mia troppa bontà t' inſegna male,
O Soſtrata; ma pur ſeguita a dire
Quello, per cui la ſtoria incominciaſti.
Soſt. *Tu ſai ben, come ſiam tutte noi altre*
Miſere, e pazze donne, oltre il dovere
Scrupoloſe, e per ciò di man mi tolſi
Un' Anello, e nel mentre che la figlia
Conſegno, dico a chi doveva eſporla,
Che l' eſponga con quello, onde ſe muore
Abbia de' beni noſtri alcuna parte.
Crem. *Faceſti ben, vi conſervaſte entrambe.*
Soſt. *Ora queſto è l' Anello.* Crem. *Onde l' aveſti?*
Soſt. *La Giovinetta, che conduſſe Bacchide...*
Sir. *Che coſa?* Crem. *E che dice ella!* Soſt. *Or queſta Giovane,*
Mentre vaſſi a lavar, mi diede in ſerbo
L' Anello. Io in ſul principio nol guardai;
Ma ſubito che il vidi, il riconobbi,
E a te ne corſi. Crem. *E qual ſoſpetto adeſſo*
Ti viene? E che ritrovi intorno a lei?
Soſt. *Nol ſo; ſolo vorrei che dalla ſteſſa*
Tu ricercaſſi il modo, ond' ella l' ebbe;
Se ſi potrà trovare. Sir. *Eccomi morto:*
Che alle ſperanze mie ſi slarga il campo
Più di quel, ch' io vorrei, perchè ſe è vero
Ciò che odo dire, queſta Donna è noſtra.
Crem. *Vive più quella, a cui la conſegnaſti?*
Soſt. *Non*

Chr. Quid renunciavit olim feciſſe? *Soſtr.* Id, quod juſſeram.
Chr. Nomen mulieris cedo quod ſit, ut quaeratur. *Soſtr.* Philtere.
Syr. Ipſa eſt. mirum, ni illa ſalva eſt, & ego perii. *Chr.* Soſtrata,
Sequere me intro hac [a]. *Soſtr.* Ut praeter ſpem evenit! quam timui male,
Ne nunc animo ita eſſes duro, ut olim in tollendo [1] Chreme.
Chr. Non licet, hominem eſſe ſaepe ita, ut volt, ſi res non ſinit.
Nunc ita tempus eſt mi [b], ut cupiam filiam: olim nil minus. *

VARIANTES LECTIONES

a hac. *Deeſt in Codice.* *b* mihi.
1 tollenda.

Soſt. *Non ſo.* Crem. *Ma non udiſti unqua da lei,*
Ciò ch' ella fece della noſtra figlia?
Soſt. *Fè quello, che io le diſſi.* Crem. *Dimmi almeno*
Il nome della donna per cercarla.
Soſt. *Filtera.* Sir. *E' deſſa, ed è gran maraviglia,*
Ch' ella ſalva ancor ſia: Ma io ho finito.
Crem. *Meco ne vieni, Soſtrata, qui dentro.*
Soſt. *Come fuor di ſperanza egli m' accade*
Di vederti placato, quando appunto
Temeva al maggior ſegno, che ſerbaſſi.
Cremete, ancor quell' animo crudele,
D' allor, che mi vietaſti d' allevarla.
Crem. *Non ſempre lice all' uomo eſſer quel deſſo,*
Ch' egli eſſer ſuol, quando la coſa il vieta.
Tempo ora egli è, che aver la figlia io brami,
E tempo fu, ch' io non curai d' averla.

NOTAE

* Hic quoque Vaticanus noſter Codex ſcenam partitur in duas: viſitur enim Tabula Syrum referens, quod manifeſtum diviſionis ſignum eſſe inficiabitur nemo. Nos Tabulam quidem ipſam Syri verbis praeponendam curavimus, ſcenam tamen dividendam minime eſſe duximus, ut Heinſianam recenſionem religioſe quidem, licet aegro animo, ſequeremur.

Syr. Niſi

eauton. Fig XII



Syr. Niſi fallit me animus [a], haud multum a me aberit infortunium:
Ita hercle [1] in anguſtum [b] oppido nunc meae coguntur copiae:
Niſi aliquid video, ne eſſe amicam hanc gnati, reſciſcat ſenex:
Nam quod ſperem de argento [c], aut poſſe poſtulem me fallere,
Nihil eſt: triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere.
Crucior, bolum tantum mihi ereptum [2] tam ſubito e faucibus.

Quid

VARIANTES LECTIONES

a Niſi me animus fallit. *b* Ita hac re in anguſto oppido. *c* quod de argento ſperem.

1 Ita hac re in &c. 2 eſſe ereptum.

Sir. *S' Io non m' inganno mi è vicina molto*
Qualche ſtrana burraſca, in tali anguſtie
Vedo le bande mie per forza ſpinte,
Se non trovo la via, perchè non ſappia
Il Vecchio eſſer coſtei del figlio amica.
Che pel denaro, e per trovare inganni,
Non ci è più, che penſare. Oh me felice,
E glorioſo ſe poteſſi uſcire
Da queſto intrigo colle coſte ſane!
Ma pur nulladimeno io ſmanio, e cruciomi
In vedermi levato dalla bocca,
E tanto preſto, un così buon boccone.

Dunque

NOTAE

Hanc poſt Scenam apte quidem Actum Tertium concludi poſſe reor iis motus rationibus, quas indicavi pag. 217. Concedendum praeterea congruum aliquod temporis ſpatium erat Chremeti, ut ex Nutrice de annulo quaereret, filiamque ex eo agnoſceret, ac deinde rei hujuſce notitia tam certa ad Cliniam perveniret, ut ſequenti Scena Antiphilam ſibi nuptui dandam fore, non ſperaret modo, ſed in tuto haberet:

Antiphila mea nubet mihi.

Syrum quoque poſt ea verba:

Retraham hercle, opinor, idem illud fugitivum argentum

è Scena digreſſum puto, iterumque in eam cum Clinia inductum, atque ita Actus Quarti initium ex ipſa ſequenti Scena commode poſſe deſumi.

Quid agam? aut quid comminiſcar? ratio de integro ineunda eſt mihi.
Nil tam difficile eſt, quin quaerendo inveſtigari poſſiet.
Quid, ſi hoc ſic nunc incipiam [a]? nihil eſt. ſi ſic? tantundem egero [1].
At ſic opinor: non poteſt: immo optume. euge habeo optumam.
Retraham hercle, opinor, ad me idem [b] illud fugitivum argentum tamen.

VARIANTES LECTIONES

[a] ſi hoc nunc ſic incipiam? nihil eſt. quid ſi ſic? [b] opinor idem ad me ego illud hodie fugitivum argentum tamen.
[1] quid ſi ſic tantundem egero?

Dunque che dovrò fare:
E che inventerò mai? tutta da capo
Conviemmi ordire la già guaſta tela.
Che nulla è sì naſcoſo, e sì difficile,
Che inveſtigar cercando non ſi poſſa.
E che ſaria, ſe io guidaſſi il negozio
In queſto modo? Nulla. ed in queſt' altro?
Pur nulla ancora. Ma queſta mi piace:
Ma non la poſſo fare: anzi la poſſo,
E la farò beniſſimo: ed in vero
Un mirabile inganno ho ritrovato,
Con cui ſpero alla fin, che a me ritorni
Quel già perduto fuggitivo argento.



Act. IV. Scena II.

Clin. NUlla mihi res poſthac poteſt jam intervenire tanta,
Quae mihi aegritudinem afferat: tanta haec laetitia oborta eſt.
Dedo patri me nunc jam, ut frugalior ſim, quam volt.
Syr. Nil me fefellit: cognita eſt, quantum audio [1] hujus verba.
Iſtuc tibi ex ſententia tua obtigiſſe laetor.
Clin. O mi Syre, audiſtin' obſecro? *Syr.* Quid ni? qui uſque una affuerim.
Clin. Cui aeque audiſti commode [2] quidquam eveniſſe? *Syr.* Nulli.
Clin. Atque ita me dii ament, ut ego nunc non tam meapte cauſſa
Laetor, quam illius, quam ego ſcio eſſe honore quovis dignam.
Syr. Ita credo: ſed nunc, Clinia, age, da te mihi viciſſim:

Nam

VARIANTES LECTIONES

1 Cognita eſt ut audio. 2 commodi.

Clinia, e Siro.

Clin. *IN avvenir non fia, che unqua mi accada*
Coſa sì grande, che mi dia diſturbo;
Tanto è il dolce piacer, che ora in me piove.
Di già tutto mi dono al mio buon Padre,
Per eſſer parco più, ch' egli non vuole.
Sir. *Non preſi errore. Ella è riconoſciuta,*
Siccome ſuonan le coſtui parole.
Io teco mi rallegro del felice
Succeſſo, e che i tuoi voti il Ciel ſecondi.

Clin. *L' udiſti, o mio buon Siro?* Sir. *Ed in che modo!*
Se io fui preſente a tutto. Clin. *Or dimmi, in terra*
Evvi a chi ſuccedeſſe un tanto bene?
Sir. *A neſſuno.* Clin. *Così m' amin gli Dei,*
Com' io non sì per me ne ſon contento,
Come per quella, la di cui bontade
Eſſer ſo degna di qualunque onore.
Sir. *Così credo: ma tu, Clinia, or ſeconda*
Ancora me col dar meco di mano

All' ami-

Nam amici quoque res eſt videnda, in tuto ut collocetur,
Ne quid de amica nunc ſenex. *Clin.* O Jupiter! *Syr.* Quieſce,
Clin. Antiphila mea nubet mihi. *Syr.* Siccine me interloquere [a]?
Clin. Quid faciam, Syre mi? gaudeo: fer me. *Syr.* Fero hercle vero.
Clin. Deorum vitam adepti ſumus. *Syr.* Fruſtra operam opinor ſumo [b].
Clin. Loquere, audio. *Syr.* At jam hoc non ages [c]. *Clin.* Agam. *Syr.* Videndum eſt, inquam,
Amici quoque res, Clinia, tui in tuto collocetur [d].
Nam ſi nunc a nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,
Senex reſciſcet illico, eſſe amicam hanc Clitiphonis;
Si abduxeris, celabitur itidem, ut celata adhuc eſt.
Clin. At enim iſtoc nihil eſt magis, Syre, meis nuptiis advorſum.
Nam quo ore appellabo patrem? tenes, quid dicam? *Syr.* Quid ni?
Clin. Quid dicam? quam cauſſam afferam? *Syr.* Quid? nolo mentiare [e]:
Aperte, ita ut res ſeſe habet, narrato. *Clin.* Quid ais? *Syr.* Jubeo
Illam te amare, & velle uxorem hanc eſſe Clitiphonis.
Clin. Bonam atque juſtam rem oppido imperas, & factu facilem.
Et ſcilicet jam me hoc voles orare patrem [1], ut celet
Senem voſtrum. *Syr.* Imo ut recta via rem narret ordine omnem. *Clin.* Hem,
Satin'

VARIANTES LECTIONES.

a Siccine interloquere mihi? b opinor hanc fumo. c agis? d ut conlocetur. *Concordant Codices.*
e Quin nolo mentiaris. *Concordat cum altero Codice.*

1 voles patrem exorare.

All' amico, che debbeſi ajutare,
Perchè gl' affari ſuoi ponga in ſicuro,
Nè dell' amica mai s' accorga il Vecchio.
Clin. *O Giove!* Sir. *Non parlar.* Clin. *Sarà mia moglie*
La mia diletta, e ſoſpirata Antifila.
Sir. *E così m' interrompi?* Clin. *E che ho da fare,*
O mio Siro? Il piacer m' occupa tutto:
Sopportami. Sir. *Lo faccio.* Clin. *All' immortale*
Vita de' Numi eccoci giunti omai.
Sir. *Io veggio ben, che m' affatico in vano.*
Clin. *Parla, t' aſcolto.* Sir. *E poi non m' udirai.*
Clin. *T' aſcolterò.* Sir. *Dunque ti torno a dire,*
Che biſogna veder di dare aita
All' amico, e a far, che le ſue coſe
Sieno poſte in ſicuro. Che ſe adeſſo
Da noi ti parti, e laſci qui la Bacchide,
Toſto il Vecchio ſaprà, come coſtei
Ella è di Clitifon ſuo figlio amica:
Là dove, ſe con te tu la conduci,
Ciò gli ſarà, come fu pria, naſcoſo.
Clin. *Neſſuna coſa alle mie nozze è, Siro,*
Più contraria di queſta. E con qual faccia
Potrò parlar giammai al mio buon Padre?
Tu ſai quel, che io vo' dire. Sir. *E perchè no?*
Clin. *Che dirò lui? qual gli addurrò cagione?*
Sir. *Vo', che gli narri ſchiettamente il vero,*
E come va la coſa ad un puntino.
Clin. *Che mi dì tu?* Sir. *Il mio comando è queſto:*
Tu gli hai da dir, che Antifila è il tuo amore,
E che l' amor di Clitifone è Bacchide,
E che tu quella, e ch' ei vol queſta in moglie.
Clin. *Buono, e giuſto comando, e a farſi facile:*
E m' immagino ancor, che tu vorrai,
Ch' io preghi il padre mio, acciò che celi
Tutto queſto negozio al voſtro Vecchio.
Sir. *Anzi vo', che alla piana a lui racconti*
Quanto

Satin' ſanus es, & ſobrius? tu quidem illum plane perdis:
Nam qui ille poterit eſſe in tuto, dic mihi?
Syr. Huic equidem conſilio palmam do: hic me magnifice effero,
Qui vim tantam in me & poteſtatem habeam tantae aſtutiae,
Vera dicendo ut eos ambos fallam: ut, quum narret ſenex
Voſter noſtro, eſſe iſtam amicam gnati, non credat tamen.
Clin. At enim ſpem iſtoc pacto rurſum nuptiarum omnem eripis[1]:
Nam dum amicam hanc meam eſſe credet, non committet filiam.
Tu fortaſſe, quid me fiat, parvi curas[a], dum illi conſulis[2].
Syr. Quid, malum, me aetatem cenſes, velle id adſimularier?
Unus eſt dies, dum argentum eripio, pax! nihil amplius.
Clin. Tantum ſat habes? quid tum quaeſo, ſi hoc pater reſciverit?
Syr. Quid, ſi redeo ad illos, qui ajunt, quid ſi nunc coelum ruat?
Clin. Metuo, quid agam. *Syr.* Metuis? quaſi non ea poteſtas ſit tua,
Quo velis in tempore ut te exſolvas, rem facias palam.
Clin. Age, age, traducatur Bacchis. *Syr.* Optume. ipſa exit foras.


VARIANTES LECTIONES

a pendis.

1 mihi eripis. 2 conſulas.

Quanto avvien. Clin. *Tu ſei matto, o pur lo fai?*
In quanto a te tu lo tradiſci al certo;
Che in queſto modo, dimmi, e come vuoi,
Che ſien le coſe ſue poſte in ſicuro?
Sir. *Anzi a queſto conſiglio io do la palma,*
E grandemente, ſua mercè, m' eſtollo
In vedendo, che ho in me tanto vigore,
E che poſſo inventare un tale inganno
Da ſapere ambidue ſchernir col vero:
Che io ſon certo, che allor, che 'l voſtro Vecchio
Al noſtro narrerà, come coſtei
Amica è al ſuo figliuol, non crederallo.
Clin. *Ma per tal via mi tronchi tu di nuovo*
La ſperanza alle nozze, che per certo,
Se queſta amica mia eſſer ſi crede,
Non mi darà la figlia. Ma di queſto
Poco, o neſſun penſier forſe ti prendi,
E purchè ben tu ſerva al tuo Padrone,
Quel che ſarà di me nulla ti curi.
Sir. *Il finger queſto, e qual rovina mai*
Credi poſſa apportare? E poi ti penſi,
Che debba inganno tal durar gran tempo?
Un giorno, e nulla più, tanto ch' io poſſa
Carpir dal Vecchio il meditato argento.
Clin. *Un giorno ſolo? ma deh dimmi in grazia,*
Che mai ſarebbe, ſe Cremete intanto
Veniſſe a riſaperlo? Sir. *Uno di quelli*
Mi ſembri, che dir ſogliono ſovente,
Che ſarebbe, ſe il Cielo ora cadeſſe?
Clin. *Temo, ne mi riſolvo.* Sir. *E di che temi?*
Non è forſe in tua man l' uſcir d' intrighi,
Subito che tu vuoi? Propala il tutto.
Clin. *Sù sù via dunque ſi conduca a noi*
La Bacchide. Sir. *Ed oh come ella eſce a tempo*
Di Caſa.

Bac. Sati'



Act. IV. Scena III.

Bac. SAti' pol proterve me Syri promiſſa huc induxerunt,
Decem minas quas mihi dare pollicitus eſt. quod ſi is nunc me
Deceperit; ſaepe obſecrans me, ut veniam, fruſtra veniet:
Aut, cum venturam dixero, & conſtituero; cum is certe
Renunciarit; Clitipho cum in ſpe pendebit animi;
Decipiam, ac non veniam; Syrus mihi tergo poenas pendet.
Clin. Sati' ſcite promittit tibi. *Syr.* Atqui tu hanc jocari credis?
Faciet, niſi caveo. *Bac.* Dormiunt: pol ego iſtos commovebo.
Mea Phrygia audiſtin'? modo iſte homo quam villam demonſtravit
Charini? *Phr.* Audivi. *Bac.* Proxumam eſſe huic fundo ad dextram? *Phr.* Memini.
Bac. Curri-

Bacchide, Clinia, Siro, Dromo, e Frigia.

Bac. *IN verità con poco ſenno*
M' han quì ſoſpinto delle dieci Mine
Le gran promeſſe fattemi da Siro:
Il quale, s' ei m' inganna, oh quante volte
Egli invano pregando a me verranne,
Acciò ch' io vada in caſa al ſuo Padrone:
E quando ancor avrò detto, e fermato
D' andarvi, ed ei gli arrecherà tal nuova;
Clitiſon rimarrà pien di ſperanza
Coll' animo ſoſpeſo, e ingannerollo,
E non androvvi: e le ſpalle di Siro
Daranmi in tanto le dovute pene.
Clin. *Aſſai ciò gentilmente ti promette.*
Sir. *E credi tu, che burli? Ella è perſona*
Da farlo, ſe io non penſo a' caſi miei.
Bac. *Dormon, ma certo ſcoterolli bene.*
Mia Frigia aſcolta: Udiſti tu poc' anzi
Colui, che ci additava di Carino
La Villa? Frig. *Io ben l'udii.* Bac. *E che diceva,*
Che confinava dalla deſtra parte
Con queſto campo? Frig. *Mi ſovviene.* Bac. *Or via*
In

Bac. Curriculo percurre: apud eum miles Dionyſia agitat.
Syr. Quid inceptat [1]? *Bac.* Dic me hic oppido eſſe invitam, atque aſſervari;
Verum aliquo pacto verba me his daturam eſſe, & venturam.
Syr. Perii hercle: Bacchis mane, mane: quo mittis iſthanc, quaeſo?
Jube, maneat. *Bac.* Abi. *Syr.* Quin paratum eſt argentum. *Bac.* Quin [2] maneo [a]
Syr. Atqui jam dabitur. *Bac.* Ut lubet, num ego inſto? *Syr.* At ſcin' quid ſodes?
Bac. Quid? *Syr.* Tranſeundum nunc tibi ad Menedemum eſt, & tua pompa
Eo traducenda eſt. *Bac.* Quam rem agi' ſcelus? *Syr.* Ego argentum cudo [3],
Quod tibi dem. *Bac.* Dignam me putas, quam inludas? *Syr.* Non eſt temere.
Bac. Etiamne tecum hic res mihi eſt? *Syr.* Minime: tuum tibi reddo.
Bac. Eatur. *Syr.* Sequere hac. Heus Dromo. *Dro.* Quis me volt? *Syr.* Syrus.
Dro. Quid eſt rei?
Syr. Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos propere.
Bac. Quam ob rem [4]? *Syr.* Ne quaeras: & ferant, quae ſecum huc attulerunt.
Sperabit ſumtum ſibi ſenex eſſe harunc' abitu levatum [b].
Nae ille haud ſcit, hoc paulum lucri quantum ei damni apportet.
Tu neſcis id, quod ſcis, Dromo, ſi ſapies. *Dro.* Mutum dices.

VARIANTES LECTIONES

a ego maneo. *b* ſenex levatum eſſe harunc' abitu. *Concordant Codices.*

1 Quid haec inceptat? 2 Quin ego hic maneo. 3 Egon' argentum cudo, quod tibi dem? 4 *Dro.* Quamobrem? *Syr.* Ne &c.

In un attimo corri a quella volta,
Ove di Bacco ad onorar la feſta
Si trova quel Soldato. Sir. *E che arzigogola?*
Bac. *Dì lui, che mio mal grado io qui mi trovo*
Guardata, e cuſtodita; ma digli anco,
Che in qualche modo darò lor parole,
E che verronne a lui. Sir. *Affè ſon morto!*
Ferma, deh ferma, o Bacchide; in qual parte
Tu mandi ora coſtei? dì, ch' ella reſti.
Bac. *No: vanne via.* Sir. *Odi, ho 'l denaro in pronto.*
Bac. *Ed io più non mi parto.* Sir. *Quando il vuoi,*
Toſto ti ſi darà. Bac. *Come ti piace:*
Io già non ti fo fretta. Sir. *Ma per grazia*
Sai tu quello.... Bac. *E che coſa?* Sir. *E' neceſſario,*
Che con tutta la pompa, e col tuo treno
Tu paſſi a Menedemo. Bac. *Scelerato,*
E che coſa or far vuoi? Sir. *Che voglio fare?*
Batto l' argento, acciò che io te lo dia.
Bac. *Degna mi ſtimi tu d' eſſer burlata?*
Sir. *Non fo le coſe a caſo.* Bac. *E quivi ancora*
Avrò da farla teco? Sir. *No per certo.*
Ma vo' renderti il tuo. Bac. *Dunque ſi vada.*
Sir. *Seguimi per di quà. Dromone aſcolta.*
Dro. *Chi vuolmi?* Sir. *Siro.* Dro. *Che ci è mai di nuovo?*
Sir. *Ogni Ancella di Bacchide conduci*
Preſtamente in tua caſa. Dro. *Ed a qual fine?*
Sir. *Non lo cercare, e fa, che portin ſeco*
Quello, che qui portaro. Il noſtro Vecchio
Si crederà, che per la lor partenza
Scemeragli la ſpeſa: nè ſa egli
Di quanto danno gli ſarà cagione
Queſto ſcarſo guadagno. E tu Dromone,
Non ſaper ciò, che ſai, ſe ſaggio ſei.
Dro. *Eſſer mi crederai di lingua privo.*

Chr. Ita



Chr. ITa me dii amabant, ut nunc Menedemi vicem
Miſeret me, tantum deveniſſe ad eum mali.
Illancine mulierem alere cum illa familia!
Etſi ſcio, hoſce aliquot dies non ſentiet:
Ita magno deſiderio fuit ei filius;
Verum ubi videbit tantos ſibi ſumptus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rurſum, ut abeat ab ſe filius.
Syrum optume eccum. *Syr.* Ceſſo hunc adoriri? *Chr.* Syre. *Syr.* Hem.
Chr. Quid eſt? *Syr.* Te mihi ipſum jam dudum optabam [1] dari.
Chr. Videre egiſſe jam neſcio quid cum ſene.

Syr. De

VARIANTES LECTIONES

1 exoptabam.

Cremete, e Siro,

Crem. *COsì m' amin gli Dei, come m' increſce*
Di Menedemo, or che gli viene addoſſo
Tanta calamità. Speſar colei
Con quella ſua famiglia! Ancorch' io ſappia,
Ch' e' ciò non ſentirà ne' primi giorni;
Sì l' acceſe il deſio di ſuo figliuolo;
Nulladimeno io ſono di parere,
Che quando egli vedrà farſi ogni giorno
Tanta ſpeſa in ſua caſa, e non corregerla,
Bramerà, che il ſuo figlio un' altra volta
Si dilunghi da lui. O ecco a tempo
Siro. Sir. *E nol vado ad abbordare?*
Crem. *O Siro.*
Sir. *Padron.* Crem. *Che ci è?* Sir. *T' ho ricercato aſſai.*
Crem. *Mi par, che un non ſo che tu trattato abbia*

Col

Syr. De illo, quod dudum? dictum factum reddidi.
Chr. Bonan' fide? *Syr.* Bona hercle. *Chr.* Non poſſum pati,
Quin tibi caput demulceam: accede huc, Syre:
Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubens.
Syr. At ſi ſcias, quam ſcite [1] in mentem venerit.
Chr. Vah, gloriare eveniſſe ex ſententia?
Syr. Non hercle vero: verum dico. *Chr.* Dic, quid eſt?
Syr. Tui Clitiphonis eſſe amicam hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxiſſe, ne id tu perſentiſceres.
Chr. Probe. *Syr.* Dic ſodes. *Chr.* Nimium, inquam. *Syr.* Immo ſi ſcias [2].
Sed porro, auſculta quod ſupereſt fallaciae.
Seſe ipſe dicet tuam vidiſſe filiam:
Sibi complacitam ejus formam, poſtquam aſpexerit:
Hanc cupere [3] uxorem. *Chr.* Modone quae inventa eſt? *Syr.* Eam:
Et quidem jubebit poſci. *Chr.* Quam ob rem iſtuc, Syre?
Nam prorſum nihil intellego. *Syr.* Hui [a], tardus es.
Chr. Fortaſſe. *Syr.* Argentum dabitur ei ad nuptias,
Aurum, atque veſtem qui … tenes ne? *Chr.* Comparet [4]?
Syr. Id ipſum. *Chr.* At ego illi nec do, nec deſpondeo [b].
Syr. Non? quam ob rem? *Chr.* Quam ob rem me rogas? homini. *Syr.* Ut lubet.

Non

VARIANTES LECTIONES

a Vah. *b* neque do, neque ſpondeo.

1 quam ſcite mihi in mentem &c. 2 Immo ſic ſatis. 3 Hanc ſe cupere. 4 Comparet.

Col Vecchio. Sir. *Tu voi dir forſe di quello,*
Che raggionammo or ora? il diſſi, e 'l feci.
Crem. *Da galantuomo?* Sir. *Il fei da tal per certo.*
Crem. *Non mi poſſo tener, che non t' abbracci,*
E ti palpeggi dolcemente il capo:
A me, Siro, t' accoſta, oh per queſt' opra
Alcuna coſa ti vò far di buono,
E volentier farolla. Sir. *Oh ſe ſapeſſi*
La bella aſtuzia, che mi venne in teſta!
Crem. *Ah, tu ti vanti, che t' andaſſe bene?*
Sir. *Queſto no certo, ma racconto il vero.*
Crem. *Or dimmi, che inventaſti?* Sir. *A Menedemo*
Clinia narrò, come era queſta Bacchide
Di Clitiſone amica, e che in riguardo
Di lui condotta e' ſe l' aveva in caſa,
Perchè tu nol ſapeſſi. Crem. *Hai fatto bene.*
Sir. *Dici la verità?* Crem. *Bene beniſſimo.*
Sir. *Non più di quel, che baſta: or odi il reſto*
Della triſtizia. Egli dirà, che ha viſto
La tua figliuola, e che la ſua bellezza
Molto gli piacque, dopo averla viſta,
E che la brama in moglie. Crem. *Vuoi tu dire*
Quella, che or or ſi è ritrovata mia?
Sir. *Di quella appunto, e ti ſarà richieſta.*
Crem. *E perchè queſto, o Siro. Io nulla affatto*
Intendo di tal coſa. Sir. *Oh, tu ſei tardo.*
Crem. *Forſe…* Sir. *Per tal via avrà denaro,*
Acciò ch' ei veſti ed oro nelle nozze…
Adeſſo mi capiſci? Crem. *Comp[illegible]…* Sir. *Appunto.*
Crem. *Ma a lui non do, ne prometto la figlia.*
Sir. *E perchè nò?* Crem. *Tu del perchè mi chiedi?*
Dar la mia figlia a un giovane perduto
Nel primo amore d' una Meretrice?
Sir. *Come ti piace: io non diceva, queſto,*

Perchè

Non ego in perpetuum dicebam[a] illam illi ut dares[1],
Verum ut ſimulares. *Chr.* Non mea eſt ſimulatio:
Ita tu iſthaec tua miſceto, ne me admiſceas.
Egon', cui daturus non ſim[b], ut ei deſpondeam?
Syr. Credebam. *Chr.* Minime. *Syr.* Scite poterat fieri.
Et ego hoc, quia dudum tu tantopere juſſeras,
Eo coepi. *Chr.* Credo. *Syr.* Caeterum equidem iſtuc, Chreme,
Aequi bonique facio. *Chr.* Atqui cum maxume[c]
Volo te dare operam ut fiat, verum alia via.
Syr. Fiat: quaeratur aliud[d]. ſed illud, quod tibi
Dixi de argento, quod iſta debet Bacchidi,
Id nunc reddendum eſt illi: neque tu ſcilicet
Eo nunc confugies[e]: quid mea? num mihi datum eſt[f]?
Num juſſi? num illa oppignorare filiam
Meam me invito potuit? verum illud, Chreme,
Dicunt: jus ſummum ſaepe ſumma eſt malitia.
Chr. Haud faciam. *Syr.* Imo aliis ſi licet, tibi non licet.
Omnes in lauta te & bene parte aucta putant[g].
Chr. Quin egomet jam ad eam deferam. *Syr.* Imo filium
Jube potius. *Chr.* Quam ob rem? *Syr.* Quia enim in eum[2] ſuſpicio eſt
Translata amoris. *Chr.* Quid tum? *Syr.* Quia videbitur

Magis

VARIANTES LECTIONES

a Non ego dicebam, in perpetuum ut illam illi dares. *b* non ſum. *c* quam maxime. *d* aliquid. *e* Illuc confugies. *f* num mihi datum eſt, — Dum juſſi? *g* Omnes te in lauta & bene acta parte putant. *Concordant Codices.*

1 Non ego perpetuo dicebam ut illam illi dares. 2 hunc.

• *Perchè tu gliela deſſi veramente:*
Ma perchè lo fingeſſi. Crem. *Io mai non fingo:*
E tu non m' intrigar colle tue coſe.
Dovrò dunque prometter la mia figlia
A chi ſon riſoluto di non darla?
Sir. *Io lo credeva.* Crem. *E tu credevi male.*
Sir. *E lo potevi far pulitamente,*
Perchè intanto trovai queſto ripiego,
In quanto or or voleſti, e con premura,
Ch' io lo cercaſſi. Crem. *Non lo ſtento a credere.*
Sir. *Del rimanente avvertoti, Cremete,*
Che lo fo per lo meglio. Crem. *Eſtremamente*
Io bramo, che ciò ſegua, e in ciò ti adopri,
Ma per un' altra via. Sir. *Tutto ſi faccia,*
Altro ſi cerchi. Ma quel, che io ti diſſi
Del debito, che queſta ha colla Bacchide
Or pagar le ſi dee: ne tu cred' io,
Che ricorrer vorrai alla difeſa
Con dir, che ci ho che far? forſe a me diede
L' argento? o il comandai, ed ella forſe
Dare in pegno poteo contro mia voglia
La figlia? perchè tu già ſai il proverbio,
Che il ſommo dritto è ſomma villania,
Almeno per lo più. Crem. *Io non farollo.*
Sir. *Anzi ſe lice ad altri, a te non lice,*
Che tra gli uomini ricchi ogn'un ti reputa.
Crem. *Anzi di propria man voglio a lei darlo.*
Sir. *No: faglielo recar dal tuo figliuolo.*
Crem. *E perchè?* Sir. *Perchè in lui è trasferito*
Il ſoſpetto d' amore. Crem. *E poi che fia?*

Sir. *La*

Magis veriſimile id eſſe, cum hic illi dabit:
Et ſimul conficiam facilius ego, quod volo.
Ipſe adeo adeſt: abi: effer argentum. *Chr.* Effero.

Sir. *La coſa parerà più veriſimile,*
Se a queſta egli darallo, e a un tempo ſteſſo
Al fine condurrò più facilmente
Quello, che voglio. Ma il tuo figlio appunto
A noi vien: vanne, e torna col denaro.
Crem. *Lo porterò qui or ora.*

Clit. Nulla

Ter. Heaut. Fig. XVI.



Clit. NUlla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet,
Quam invitus facias. vel me haec deambulatio,
Quam non laborioſa, ad languorem dedit:
Nec quidquam magis nunc metuo, quam ne denuo
Miſer aliquo extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.
Ut te quidem omnes dii, deae [a], quantum eſt, Syre,
Cum iſtoc [1] invento, cumque incepto perduint.
Hujuſmodi mi res ſemper comminiſcere,
Ubi me excarnufices. *Syr.* Is hinc quo dignus es?
Quam pene tua me perdidit protervitas!
Clit. Vellem hercle factum: ita meritu'. *Syr.* Meritu'? quo modo?

Nae

VARIANTES LECTIONES

[a] deaeque. *Concordant Codices.*
[1] Cum tuo iſtoc.

Clitifone, e Siro.

Clit. *COſa alcuna non v' è quantunque facile,*
Che difficil non ſia, ſe faſſi a forza.
Come io mi ſento illanguidito, e ſtracco
Per queſti quattro paſſi che ora ho fatti:
E nulla temo più, che un' altra volta
Non ſia di qui coſtretto a gire altrove,
Ne mi poſſa accoſtare alla mia Bacchide.
Che tutti i ſommi Dei, tutte le Dee
Ti riduchino, o Siro, in nulla affatto
Con queſta aſtuzia tua, con queſta trama.
E ſempre coſe tali tu t' inventi
Per poi più tormentarmi? Sir. *Vanne, dove*
Tu ſe' degno d' andar: La tua potervia
M' ebbe da rovinar. Clit. *Foſſe ſucceſſo,*
Che tu lo merti. Sir. *Io meritai tal coſa?*

Ed

Nae me iſtuc ex te prius audiſſe [1] gaudeo,
Quam argentum haberes, quod daturus jam fui.
Clit. Quid igitur dicam tibi vis? abiiſti: mihi
Amicam adduxti, quam non licitum [2] eſt tangere.
Syr. Jam non ſum iratus: ſed ſcin', ubi nunc ſit tibi [a]
Bacchis? *Clit.* Apud nos. *Syr.* Non. *Clit.* Ubi ergo [b]? *Syr.* Apud Cliniam.
Clit. Perii. *Syr.* Bono animo es: jam argentum ad eam deferes,
Quod ei es pollicitus. *Clit.* Garris. unde? *Syr.* A patre [c].
Clit. Ludis fortaſſe me. *Syr.* Ipſa re experibere.
Clit. Nae ego fortunatus homo ſum. deamo te, Syre.
Syr. Sed pater egreditur. cave, quidquam admiratu' ſis [d],
Qua cauſſa id fiat; obſecundato in loco;
Quod imperabit, facito: loquitor paucula.

VARIANTES LECTIONES

a ubi ſit nunc tibi — Tua Bacchis? *b* igitur. *c* A tuo patre. *Sic etiam in altero Cod.* *d* *Syr.* Qua cauſſa id fiat; obſecundato in loco; — Sed pater egreditur. Cave quidquam admiratus ſies. *Concordant in hac lectione Codices.*

1 audiviſſe. 2 non liceat.

Ed in che modo? Ma piacemi molto
Di udirti favellare in cotal guiſa,
Pria di darti il danaro, che pur ora
T' era per dare. Clit. *E che ti debbo dire?*
Tu ti partiſti, e ti portaſti teco
L' amica mia, che or di toccar mi è tolto.
Sir. *Non ho più ſdegno. Or ſai, dove ſi trova*
La Bacchide? Clit. *Appo noi.* Sir. *No.* Clit. *E in qual parte?*
Sir. *Appreſſo Clinia.* Clit. *Miſero ſon morto!*
Sir. *Sta pur di buona voglia: adeſſo adeſſo*
Le porterai il già promeſſo argento.
Clit. *Burli? e d' onde l' aveſti?* Sir. *Da tuo Padre.*
Clit. *Ah, che forſe m' inganni.* Sir. *L' eſperienza*
Tel farà certo. Clit. *Oh io ſon fortunato!*
Siro, ti voglio bene. Sir. *Ecco tuo padre:*
Guarda di non parer punto ammirato
Per quello, che ſi faccia. A tempo, e luogo
Le ſue parole, e i cenni ſuoi ſeconda,
Fa ciò, che ti comanda, e parla poco.




Actus IV. Scena VI.

Chr. UBi Clitipho nunc eſt? *Syr.* Eccum me, inque. *Clit.* Eccum hic tibi.
Chr. Quid rei eſſet, dixti huic? *Syr.* Dixi pleraque omnia.
Chr. Cape hoc argentum, ac defer. *Syr.* I; quid ſtas, lapis?
Quin accipis? *Clit.* Cedo ſane. *Syr.* Sequere hac me ocyus:
Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere:
Nam nihil eſt illic, quod moremur diutius.
Chr. Minas quidem jam decem habet a me filia:
Quas pro alimentis eſſe nunc duco datas.
Haſce ornamentis conſequentur alterae.
Porro haec talenta dotis appoſcunt duo.
Quam multa injuſta ac prava fiunt moribus!
Mihi nunc, relictis rebus, inveniendus eſt
Aliquis, labore inventa mea cui dem bona.

Cremete, Clitiſone, e Siro.

Crem. CLitiſone dov' è Sir. *Eccomi, digli.*
Clit. *Eccomi, o Padre.* Crem. *Gli hai tu detto nulla,*
Come la coſa ſia? Sir. *Quaſi che tutto.*
Crem. *Tò queſto argento, e portalo.* Sir. *E che fai*
Lì fermo come un ſaſſo, e non lo prendi?
Clit. *Dammelo.* Sir. *Per di quà ſeguimi, e preſto.*
Tu quì il noſtro ritorno intanto aſpetta,
Che là non abbiam coſa, onde fermarci
Per lungo tempo. Crem. *Coſì dieci mine*
A buon conto ha da me la mia figliuola,
Le quai penſo pel vitto averle or date.
Altrettante ne andran per gli ornamenti;
E due Talenti ancora per la dote.
Per verità quante malvagie coſe,
E ingiuſte s' introducono dall' uſo!
Or mi convien laſciar qualunque coſa,
Per cercar uno, a cui faccia regalo
De' beni miei, che m' acquiſtai ſudando.

Ter. Heaut.



Act. IV. Scena VII.

Men. MUlto omnium nunc me fortunatiſſimum
Factum puto eſſe, gnate, cum te intellego
Reſipiſſe. *Chr.* Ut errat! *Men.* Te ipſum quaerebam, Chreme:
Serva, quod in te eſt, filium, & me, & familiam.
Chr. Cedo [a], quid vis faciam? *Men.* Inveniſti hodie filiam.
Chr. Quid tum? *Men.* Hanc uxorem ſibi dari volt Clinia.
Chr. Quaeſo, quid hominis es? *Men.* Quid [b]? *Chr.* Jamne oblitus es,
Inter nos quid ſit dictum de fallacia,
Ut ea via abs te argentum auferretur? *Men.* Scio.

Chr. Ea

VARIANTES LECTIONES

a Dic, quid vis. b Quid ni? *In utravis lectione Terentii mentem retineri, ipſumque leporem opinor. Semper enim Menedemi lenitas oſtenditur, deſideriumque filium non amittendi; Chremetiſque tarditas minime ſuſpicientis, ſe decipi Syri technis, cujus opera argentum Chlitiphoni tradiderat.*

Menedemo, e Cremete.

Men. F*Ra mortali ſon' io l' uom più felice,*
Or che, figliuolo mio, dal priſco errore
Ti veggio ritornato in buon ſentiero.
Crem. *Come s' inganna!* Men. *Appunto te, Cremete,*
Io ricercava. Salva (che tu il puoi)
Il figlio, e me colla famiglia inſieme.
Crem. *Dimmi, che debbo far?* Men. *La tua figliuola*
Oggi hai tu ritrovato. Crem. *E ciò che monta?*
Men. *Queſta vorrebbe Clinia mio per moglie.*
Crem. *Che uomo ſe' tu mai!* Men. *E perchè queſto?*
Crem. *Di già ti ſei ſcordato dell' inganno,*
Del quale ſi diſcorſe fra di noi,
E col qual ſi dovea toglier l' argento?

Men. So

Chr. Ea res nunc agitur ipſa. *Men.* Quid narras, Chreme [1]?
Immo haec quidem, quae apud me eſt, Clitiphonis eſt
Amica: ita ajunt. *Chr.* Et tu credis? *Men.* Omnia.
Chr. Et illum ajunt velle uxorem, ut, cum deſponderim,
Des, qui aurum, ac veſtem, atque alia, quae opus ſunt, comparet.
Men. Id eſt profecto: id amicae dabitur. *Chr.* Scilicet
Daturum. *Men.* Ah! fruſtra igitur gaviſus ſum miſer.
Quidvis tamen jam malo, quam hunc amittere.
Quid nunc renunciem abs te reſponſum, Chreme,
Ne ſentiat me ſenſiſſe, atque aegre ferat?
Chr. Aegre? nimium illi, Menedeme, indulges. *Men.* Sine:
Inceptum eſt: perfice hoc mihi perpetuum [2], Chreme.
Chr. Dic conveniſſe, egiſſe te de nuptiis.
Men. Dicam: quid deinde? *Chr.* Me facturum eſſe omnia:
Generum placere: poſtremo etiam, ſi voles,

Deſpon-

VARIANTES LECTIONES

